



Sermonum Decas quarta : De rebus quarum Elenchum versa pagella exhibebit, ad Serenissimu[m] Angliae regem Eduardum Sextum

<https://hdl.handle.net/1874/423321>

3

SERMONVM

Decas quarta.

De rebus quarum Elenchum uersa
pagella exhibebit, ad Serenissimū An=
gliæ regem Eduardum Sextum, autho=
re Heinrycho Bullingerio.

AD TOMVM SECUNDVM.

I B S A S.

Hic est filius meus dilectus, in quo placata est
anima mea. Ipsum audite. Mauth. 17.

TIGVRI APVD FROSCHOVERVM,
Mense Augusto, Anno M. D. L.

BLENCHVS RERVM TRACTA-

tarum in hoc libro.

De Deo & cognitione eius, ubi agitur de unitate & trinitate dei,

De creatione uniuersi & prouidentia dei.

De solo deo uiuo uero & æterno adorando intuicando & colendo.

De uera & falsa religione.

De Iesu Christo uero deo & homine.

De Iesu Christo uero rege & sacerdote, de regno & sacerdotio eius, nomineque Christiano.

De Spiritu sancto & eius uirtute.

De Angelis dei sanctis, eorumque officijs.

De spiritibus malis siue dæmonibus.

De anima hominis rationali, eius immortalitate & certissima salute post mortem corporis.

SERENISSIMO ANGLIAE ET

FRANCIAE REGI, HYBERNIAE DOMINO.

Vuallie & Cornubie Principi, Christianæ fidei defensori,

Eduardo eius nominis Sexto, Gratiam & pacem

à deo parte, per dominum nostrum

Iesum Christum.



VO D non ita pridem R. T. M. pollicitus sum,
in præsentiarum præsto, offerens Sermones Deca
dis quartæ reliquos octo, quos R. T. M. dedico, ut
habeat ex me Decades Sermonum integras duas.
Misit mense Martio Sermones XII. Eos perbenia
gne acceptos esse à R. T. M. scribit spectatib. pie
tatis & eruditionis vir D. Ioan. Hopperus, uigilantib. Glocestriae episco
pus, frater & compater meus in Christo colendissimus. Qui & commen
datione R. T. M. erga me benevolentia effecit, ut modo maiore fiducia
& libertate quam antea reliquam hanc operis partem, de rebus longe ma
ximis & sanctissimis scriptam, submittam. Dedicatione hac mea nihil a
liud specto, quam quod exposui epistola priore, ut iuuem, pro meo mihi
dono à domino concessso, pietatis Christianæ negotium, feliciter iam in
inclito Anglia regno, R. T. M. auspicijs optimorumq; principum consa
lijs renescens. Gratulantur ob renascentiam illam & R. T. M. & floren
tissimo regno tuo omnes omnium in toto orbe Christiano nationum uere
Christo credentes, orantq; Christum dominum, ut ipse feliciter in eius ti
more cepta, ad felicissimum perducat finem.

Agressa est sane R. T. M. opus & ingens & laboribus molestissq;
refertissimum; sed non decrit interim pijs conatibus, qui dixit: Ecce ego
vobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem sæculi. Obijcunt
se nunc quoq; ut ab ecclesiæ initio semper, sanctissimis & saluberrimis in
situis remoræ permulta & impedimenta grauia, coepitam intorturbare
fatagentes religionis repurgationem, & istud in primis, quod & pruden
tioribus non paucis in ore est, non ita accelerandum autoritate priuata,
sed omnino expectandam esse generalis Concilij in contrauersa religione

An refor
mare eccl
esiæ uolen
tibus, expe
dienda sit de
terminatio
Concilij.

Math. 28.

DE REFORMANDIS ECCLESIIS

determinationem, absq; cuius iudicio non liceat ne regno quidem, nedum
reipublice alicui uel tantillum in semel recepta & hactenus usurpatā re-
ligione immutare. Ceterum prophetae & apostoli, nō ad Concilia senio-
rum aut sacerdotum, sed ad uerbum dei nos remittunt, imo legimus apud
Iere. 8. Ieremiam: Quomodo dicitis, Sapientes sumus, & lex domini apud nos est?
Vere mendacium operatus est filius mendax scribarum. Pudefacti sunt
sapientes, expauerunt & capti sunt. Ecce uerbum domini proiecerunt,
Luci 9. que ergo in illis potest esse sapientia? Rursus legimus in euangelio: Nemo
qui manu sua admota aratro respexit à tergo, aptus est regno dei. Proin-
de suadet prophetica et euangelica authoritas, semel coepit am cum timore
dei ex uerbo dei reformationem religionis, iusti absoluere incrementis,
nec respectare ad Concilia, que affectibus hominum non uerbo dei di-
riguntur.

Qualia all-
quot seculi
lis celebra-
ta concilia: Nam quid expectemus ex generalium Conciliorum determinatio-
nibus, docent nos proxima aliquot seculorum exempla iam inde ab annis
quadrigenitis aut amplius. Caussæ Conciliorum fuere quondam morbi
uel doctrine uel docentium, aut collapsa disciplina ecclesiastica. Et clama-
tum est quidem acriter ab optimis & religiosissimis quibusq; annis iane-
tingentis & amplius, irrepsisse in ecclesiam superstitiones errores atq;
abufus, sal terra esse infatuatum, hoc est, ministros ecclesiarum ignavia
inscitia & sceleribus computruisse, omnemq; in ecclesia disciplinam ce-
cidisse. Vnus inter multos Bernardus Clareuallensis, huius rei loquenteristi
mus est testis. Ideoq; celebrata sunt non raro Concilia sacerdotum, conuo-
cante eos pontifice Rom. operamq; suam mutuam collocantibus non pau-
cis principibus. Verum quid effectum, & que emendatio doctrine, do-
centium & disciplinæ obteta sit, ipsa loquitur, proh dolor, res. Quo enim
crebriora coiere Concilia, tanto magis inualuit superstitione & error in do-
ctrina, abusus in ritibus, superbia, luxus, auaritia, omnisq; corruptio in do-
centibus uel sacerdotibus, deniq; foedissima omnis disciplinæ obliteratio.
Prefuerunt enim Concilijs isti, quos aut primū in ordinē redigi, aut pro-
tinus è sanctorum cœtu proscribi oportuerat, sed & caussas in Concilijs
non legitimas neq; legitimate tractauerunt. Nam uerbum dei nec authori-
tatem nec dignitatem suam apud eos habuit, neque admiserunt ad causa-
tarum

SECUNDVM VERBVM DEI.

Sarum discussionem quos in primis admittere decebat, sed quos ipsi uoluerunt, neq; his dei gloriam & ecclesiæ incolumitatē, sed seme tipos, id est, gloriam & uoluptates mundi quæsuerūt. Itaq; tot celebratis Cœcilijs nihil adhuc obtentum uidemus emendationis aut reformationis in ecclesiæ, quin potius errores, abusus, & sacerdotum regnum imo tyrannidem esse confirmationem & auctam.

Et hodie quid nobis ex Concilio polliceamur, et si cœcis esse libeat, nō tamen palpore manibus nō poterimus. Non habebit hodie ullam authoritatem Conciliū ullum, quod nō erit legitime (ut iſis uidetur) cōuocatum. Non uidetur legitime conuocatū, niſi quod pontifex Romanus cōuocarit, quodq; more hucusq; cōſuetuſ & legib⁹ receptis fuerit celebratū, nempe in quo ſedeant, uocesq; deciſiuas, ut aiunt, habeant, ſoli illi quibus reſiden‐ di & ſententias in eo dicendi permitta potestas eſt, quibusq; reputabitur infame & cum exhibito pugnare sacramēto, aliquid uel cogitaffe nedum dixisse contra pont. & ſedem Romanam, contra decreta patrū & conſtitutiones Conciliorū. Quid ergo expectes ab huiusmodi Concilio? Id nimis, quod iam ab annis quadringentis & amplius maximo cum pietatis detrimento miferā dei ecclesiā ſenſiſſe diximus, nempe quod calcata ſyn- ceriore Chriſli doctriña, & oppreſſa disciplina ſancta, magis magisq; in diem increſcere & cōfirmari cernimus cum grauiſſima imo intoleranda tyrannide ſediſ ſeu ecclesiæ Rom. falſam putidamq; doctriṇam, abuſuſ ſe diſſimis, plus quam nimiam licentiā & ſceleratiſſimam uitā ſacerdotum. Enī muero clamāti iſi, hæreticum eſſe erroris accuſare pontificem, qui in ſcrinio pectoris ſui omnem coeleſtē doctriṇam habeat reconditam. Clamant iſi, omnes ſanctiones apostolicæ ſediſ accipiendas tanquā ipſius diuina uoce Petri firmatas. Clamant iſi, iniquiſiſmuſ eſſe de dogmatis & ri‐ tibus ſeptiſtis à Rom. ecclesiā, præſertim aut de ſacramentis, que in nu‐ dationem ſeodiſſimam conuerterunt, litem mouere, aut illa uocare in di‐ biūm. Clamant iſi, Rom. ecclesiā ius habere iudicandi de omnibus, nul‐ li autem hominū licere de eius iudicare iudicio. Extant in Decretis Cano‐ nes apertiſſimi, hæc ad hunc modū proponētes & urgenteſ. Quam uero putabimus admiſſiuros reformationem talia mordicus retinentes? Mallent proſecto, totum intenire Christum cum ſuo euangelio & ecclesiā uera.

Quid ho‐
die expe‐
dient Chri‐
ſiani ex
Concilio.

DE REFORMANDIS ECCLESIA

Christi sponsa, quam uel tantillum suis decadere decretis, ritibus, potestis tibus, dignitatibus, opibus et uoluptatibus. Hi profecto non uenient in Concilium ut iudicentur ab alijs, ut emendent ea que ipsorummet conscientia adeoque totus mundus emendanda esse clamat, sed omnes alios iudicare & subiugare, suam illa potentiam retinere, & quicquid ipsorum obstat libidini concubitu, è medio tollere, conabuntur. Nam praecesserunt tonitrua multo cum fragore edita contra accusatores seu aduersarios sedis apostolicae, id est, corruptionis papisticæ, inseguuta sunt & fulmina excommunicationis latentes sententiae: inuocatum est iam per annos triginta & amplius brachium secularum, & scelum est passim in homines innoxios, non sceleris quidem portantes & nequitia defendantes, sed inuictos in scelera ac sceleratos, reformationemque ecclesie postulantes: necdum hodie filii & dicta crudelissima, sequitur in die magis magisque in nominis Christi confessores: præterea, qui sunt impudentia & audacia, non dissimulant Concilium si quod institui debet, ad extirpandas hereses fore congregandum, immo quod semel Tridenti instituerunt in hunc finem institutum esse non obscure profitentur. Quem cum sole clarus uerissima esse cernantur, prudentissime immo & religiosissime feceris, o rex pessime, si non expectata Concilij generalis determinatione perrexeris ecclesias in regno tuo reformare ad regulam librorum utriusque Testamenti, quos recte credimus inspiratos a spiritu sancto ipsissimum esse uerbum dei.

Licere cul-
liber eccl-
sie Christia-
nae reforma-
ce.

Porro licere cuilibet ecclesiae Christianæ, nedum Christiano regno in clyto, inconsulta Romana ecclesia eiusque membris, religionis negotium per illos depravatum ex integro ad normam uerbi diuini reformare, inde claret, quod Christiani, regis sui Christi coetus ecclesia uel subditi sunt, cui & obedientiam debent modis omnibus perfectissimam. Praecepit autem dominus ecclesie sue reformationem, sanam & euangelicanam doctrinam commendauit una cum legitimo sacramentorum usu, idem condemnauit doctrinam falsam, id est, pugnante cum euangelio, damnauit abusum & propagationem sacramentorum: præterea uerum cultum tradidit, falsum prescripsit: ita circa Christiani legibus & imperijs principis sui obtemperantes omnem superstitionem tollunt, & ueram religionem, ad eum modum quem Christus princeps ordinauit, instaurant atque conservant. Stultus profecto &

SECUNDUM VERBUM DEI.

fecto & amens est, quisquis negat Christianæ ecclesiæ ius non esse errorum uitia & abusus corrigere. Interim plerisque oculos suos ita fascinavit Romana tyrannis, ut putarint nihil hic sibi nisi Roma concedente liceat. Historia ecclesiast. commemorant diuersis in prouincijs synodos esse celebratas, in quibus tractatum sit de fide & ecclesiarum reformatione, nulla interim mentione habita pontificis Romani. Quid quod in quibusdam Synodis, non haereticis sed orthodoxis catholicisq; illos inuenias esse excommunicatos, qui appellassent à suis ecclesijs Romanas? Certè S. Cyprianus scribens Romano episcopo beato Cornelio: Cum statutū sit, ait, ab omnibus nobis, & ex quo sit pariter ex iustum, ut uniuscuiusq; causam illuc audiatur ubi crimen est admissum, & singulis pastribus portio legis sit a scripta, quam regat unusquisq; & gubernet, rationem sui actus do mino redditurus, oportet utiq; eos quibus presumus, non circumcurfare, neq; episcoporum concordia coherentem sua subdola & fallaci temeritate collidere, sed agere illuc causam suā ubi et accusatores habere & testes sui criminis possint. Sed omib; humanis testimonij ad diuina descenderimus. Sanctissimus rex Iosias te in hac causa, rex piissime, quid agas ex Iosias rex. Vnde quidem diuino agas, unus, docere potest. Intellexit hic ex lectione diligenti libri sacri, & ex contemplatione rerum praesentium cultusq; diuinus. Qui tunc in usu erat, grauiter & longissime à suis maioribus à simplici ueritatem aberratum esse, protinus ergo conuocat principes & omnes ordinates regni sui, unā cum omnibus sacerdotibus comitia celebraturus sacra. In his non diu disputatione maiorum ne exempla potius sint sequenda quam p̄ceptio diuina simpliciter recipiebat: an scripture sacre magis credendum an ecclesiæ an summo pontifici omne sit de religione iudicium defendum? Nam proposito in medium libro legis scripture sacre sepe et omnes suos subiicit, ex libro legis ipse dicit & alios suos omnes discere iubet quid deo placeat, id nimurum quod p̄cipiebat & discebat: lectione diuinæ legis. Extemplo autem id ipsum omnes facere sive exequi iubuit, nulla ratione habita uetus & consuetudinis, aut ipsius etiam ecclesiæ qua tunc erat, uniuersos uerbo dei subiicit. Quod factum eius ita laudatur, ut post Dauidem omnibus preferatur regibus Iuda & Israelis.

Non potest autem R. T. M. aliud sequi consilium inclius & tutius,

DE REFORMANDIS ECCLESIA

Non posse
fidem nisi
ex uerbo
dei refor-
mari.
Rom. 10.
2. Cor. 2.

cum hoc sit à deo profectum, & cauſe qua de agitur accommodatiſſa
mū. Agitur de religionis reformatione & fide Christi uera. Eam scis oris
ri celo, nempe doceri uerbo dei & i fundi cordibus nostris per spiritum
sanctum. Paulus enī: Fides, inquit, ex auditu est, auditus autē per uerbum
Christi. Proinde uera fides, ut non immittitur uerbo hominum, ita eadē non
docetur aut plantatur. Alibi enim rursus dicit Apostolus: Prædicatio mea
nō erat in persuasorijs humanae sapientiae uerbis, sed in ostentatione spiri-
tus & potentie, ut fides uestra nō sit in sapientia hominū, sed in potentia
dei. Proinde meritò repudiamus omnes humanas traditiones, & conuertis-
mur duntaxat ad doctrinam uerbi domini, extra quam certissime iam con-
stat nullam esse ueræ fidei doctrinam, nullum ueræ fidei fundamentum.

Scripturæ
plena suffi-
cientia refor-
mandæ ec-
clesiae for-
mam.

Neq; uero ullo modo audiēdi sunt, quibus uidetur scripturas canonicas nec satis claras nec satis plenas sufficientes aut instructas esse, que ius-
tiam possint suppeditare reformationis formā. Blasphemant spiritum dei,
impingentes ei obscuritatē & imperfectionem, quæ uitia nullus scriptor
prophanus & quo fert animo. S. Paulus ueritatē vindicans: Omnis scriptura, inquit, diuinitus inspirata, utilis est ad doctrinam, ad redargutionem,
ad correctionem, ad institutionem, quæ est in iustitia, ut integer sit dei ho-
mo ad omne opus bonū apparatus. Quid in his oro uerbis omittitur, quod
modo ad perfectissimam reformationem pertinere uideatur? Quid habent
obsecro impudentes illi, quod his opponant? Perge ergo, perge, rex pīſſi-
me, imitari reges sanctissimos, & infallibilem scripturæ sancte regulam,
hoc est perge, nulla hominum authoritate expectata, ex ueracissimo &
absolutissimo ueritatis diuinū uerbi organo reformare ecclesias Christi
Anglicanas. Dominus Iesus, ecclesiæ sue caput & princeps, optimus
maximus seruet & deducat te cultorem eius fidelissimum in ueritate sua,
in finem usq; ad gloriam nominis eius, & totius ecclesiæ Christianæ inca-
lumitatem. Tiguri, Mense Augusto. Anno domini 1550.

R. T. M.

deditissimus Heinrichus Bullingerus, Tig-
rine ecclesiæ in Helvetia minister.

DECADIS IIII

SERMONES RELIQVI OCTO:

A VTHORE HEINRYCHO

BVLLINGERO.

De Deo & eius cognitione uera, modisq; cognoscendi ipsum
uarijs: Quod unus sit Deus substantia, personis trinus.

S E R M O I I I .



ISPVTAVI hac tenus per Sermones XXXII. de Verbo dei, eiusq; expositione legitima, de Fide Christiana, de dilectione dei ac proximi, item de Lege naturae, humana & diuina, deq; diuinæ legis partibus, nempe de Lege moralı, ceremoniali & iudiciali: de Vsu legis, eius impleione & abrogatione, de similitudine & differentia testamenti populiq; cum ueteris tum noui, de liberitate Christiana, de Scandalo, de bonorum operum ratione ac meritis: de peccato & peccati speciebus uarijs: item de gratia dei, siue euangelio Iesu Christi, in quo nobis pater celestis omnia cum uitæ tum salutis æternæ dedit: denig; de Poenitentia & ijs quæ uidentur pertinere ad poenitentiam. Et quoniam instituimus de postissimis religionis nostræ capitibus sobrie disputare, præterea in prædisputatis frequentissima incidit mentio Dei, cognitionis eius ac cultus, item Christi Iesu, & Spiritus sancti, rursus spirituum & bonorum & malorum, Ecclesiae quoq; Orationis, Sacramentorū & sacerdotium rerum sacrarum, absolutis illis, poscit ipsa necessitas ut iam etiam dicamus de his omnibus & singulis ex scripturis sanctis, quod loqui dederit dominus.

De Deo multæ fuerunt quandam opiniones erroneæ, non in vulgo duntaxat, sed & in philosophorum grege & pseudochristianorum conuenticulis. De illis dicere solebat ueruissimus & eruditissimus scriptor Tertullianus, philosophos hereticorum esse patriarchas: de his dixit beatus Ioannes apostolus: Exierunt ex nobis, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permanissent

Variæ opiniōnes de Deo.

I. Ioan. 2.

A

DE DEO ET EIVS COGNITIONE.

utiq; nobiscum. Nec video quem fructum inde consequamini, si
pergam singulorum recensere sententias. Præstat forte audire qua
in re errarint alij, ne in eundem scopulum & ipsi impingamus.
Proinde si qui exercitationes exteriorum & hæreticorum sententias
de deo cognoscere uelint, uel ex Plutarchi Placitis phil. lib. 1, cap. 7.
uel ex alijs gentilibus, aut etiam 1. lib. Cyrilli contra Julianum, de
nique ex 4. cap. dogmatum uel definitionum ecclesiast. colligant.

Vnde ua- Nolo in præsenti pias aures & mentes hac molestia onerare. Di
rietas op- uersitas illa opinionum non alio fonte deriuatur, quam ex audacia
tionum, & inscita hominum, quos non puget suo arbitrio, & ex suo cere
unde peten bro ea affingere deo, à quibus omnino libertimus & alienissimus
da uera- est. Ut iam non commemorem humani ingenij angustiam ac ter
dei cognis- nebras. Quis uero essentiam dei intellectu suo capiat, cum nemo
tio. adhuc plene perspexerit qualis sit anima hominis, qualia multa in
corpo hominis, qualis substantia solis & lune? Adferuntur qui
dem multæ rationes physicæ: sed maius & mirabilius perpetuo ma
net opus dei, quam assequatur cerebrum & eloquutio hominis.
Nullus ergo hominum certum aliquid de deo habere cupiens, in
semetipsum descendat aut humano innitatur iudicio. Alioqui sem
per colet sigmentum cordis sui, stultitiam, rugas & deliria. Contra
uero non potest nō rectissime de deo sentire, judicare & loqui, qui
nihil sibi tribuit, nihil ex suo fingit cerebro, aut cōfictum ex capite
alterius, sibi sequendum deligit, sed in omnibus os dei obseruati, re
uelationemq; dei sequitur. Proinde ueru lege certa cōstitutum sit,
non posse deum recte cognosci nisi ex uerbo dei: & deum talem
esse credendum uel recipiēdum, qualem se ipse nobis in uerbo suo
reuelat. Nemo certe melius quid & qualis sit deus dixerit, quam
ipse dens.

Eſſe deū. Hic deus cum in uerbo suo & per ipsam mundi machinam, per
scripturas sacras & per oracula ex ore patriarcharum prophetarum
& apostolorum pronunciata, in animis deniq; seu conscientiis ho
minum testetur se esse, merito regius propheta Dauid cecinit, Dixit
insipiens in corde suo non est deus. Amentem enim esse necesse est
eum, qui negat quod omnibus in mundo non desitatis sana ra
tione est perspicuum, esse uidelicet deum: cum & Cicero author
eithnicus lib. de Natura deorū, inter alia dicat, Omnibus innatum
& in animis quasi insculptum est esse deū. Certè qui negant deum
esse, quem neganti nihilo minus metuunt, metuendo ergo confis
tentur, ac seiplos ueru redarguant mendaci & perfidiæ.

Rursus sciendum est, in quæstione, Quid uel quis sit deus, licet

hæc

hæc instituatur ex scripturarum discussione, modum omnino esse Modū seruandum. Etenim curiosius uelle inquire, scriuari aut inspicere uandū esse ipsam dei æternam essentiam, non modo periculosem, sed & mo^{re} in perquisitis omnibus est prohibitum. Solomon clamat, Quemadmodum tunc, quid multum mellis edere nō est bonum, sic qui scrutator est maiestatis, sit Deus. Opprimetur à gloria. Ante colloquium illud singulare & excellētissimum, quo deus noster in monte Sina congregetur cum uniuerso populo Israelis, audit Moses, Circumscribe terminum populo Exodi 19. Circum montem dicens, Cauete uobis ne ascendatis in montem, ne que extremitatem eius attingatis. Quicunq; montem attigerit, morte moriarur, &c. En capitale erat præscriptio transcendere limites uel terminos. Sunt ergo definita studia nostra. Certe legimus passim in sacris literis excellētissimos dei amicos trepidasse plane consternatos, quoties ipse deus spectro aliquo se ipsorū oculis sua sponte ingessit. Exempla non est quod copiosius iratēt. Nostis quomodo se gesserit Abraham in colloquio suo cum deo habito Gene. 18. Quid dixerint parentes Gedeonis, in libro Iudicum, Quid Heliā Lucae 5:3. Regum 19. Petrus postquam ex miraculosa piscium captura intellexisset Christum amplius quiddam esse quam hominem, exclamauit, Exi à me domine, quia homo peccator sum. Proinde sancti sicuti alias in dei negotijs, hic maxime sunt humiles, modesti & religiosi, intelligentes æternam & immensam potentiam maiestatemq; inestabilem, nulla posse definitione circumscribi, nullo comprehendendi nomine.

Elegāter, pie & uere Tertullianus in libro suo de Trinitate, No^mmen dei proprium, inquit, edici non potest, quia concipi non potest. Id enim nomine continetur quicquid etiam ex natura suæ conditione cōprehenditur. Nomen enim significantia est eius rei, quæ comprehendi potuit ex nomine. At quando id de quo agitur tale est, ut condigne nec ipsis intellectibus colligatur, quomodo appellationis digne uocabulo pronunciabiur? Quod dum extra intellectum est, etiam supra appellationis significantiam sit necesse est: ut merito quando nomē suum deus ex quibusdam rationibus auct^occasionibus aut adiicit & præfert, non tam legitimam proprietatem appellationis sciamus esse depromptam, quam significantiam quandam cōstitutam, ad quam dum homines decurrunt, dei misericordiam per ipsam imperare posse uideantur. Et idem iterum, Deo & iis quæ sunt ipsis & in eo sunt, nec mēs hominis quæ sint, quanta sint, & qualia sint, digne concipere potest: nec eloquentia sermonis humani & quabilis maiestati eius uirtutem sermonis ex-

DE DEO ET EIVS COGNITIONE.

promit. Ad cogitandam enim & ad eloquendam eius maiestatem & eloquentia omnis merito muta est, & mens omnis exigua est. Maior est enim mente ipsa: nec cogitari possit quantus sit: quia si cogitari poterit, mente humana minor sit oportet, qua concipi possit. Maior est quoq; omni sermone, nec dici possit. Quia si potuerit edici, humano sermone minor sit oportet, quo cū dicitur circumiri & colligi possit. Quicquid autem de illo cogitatum fuerit, minus ipso erit: & quicquid enunciatum fuerit, minus illi comparatum circum ipsum erit. Sentire enim illū taciti aliquatenus possumus: ut autem ipse est, sermone explicare non possumus. Siue enim illum dixeris lucem, creaturam ipsius magis, quam ipsum dixeris, ipsum non expelleris. Siue illum dixeris uitatem, potentiam ipsius magis, quam ipsum dixeris & deprumperis. Siue dixeris maiestatem, honorem ipsius magis quam illum ipsum descriperis. Et quid per singula quæc percurrent longum facio? Semel totū explicabo, Quicquid omnino de illo retuleris, rem aliquā illius magis, quam ipsum explicaueris. Quid enim de eo condigne dicas aut sentias, qui omnibus & sermonibus & sensibus maior est: nisi quod uno modo & hoc ipsum, quomodo possumus, quomodo capimus, quomodo intelligere licet, quid sit deus mente capiemus, si cogitauerimus id illum esse, quod quale & quantum sit non possit intelligi, nec in ipsam quidem cogitationem possit uenire. Nam si ad solis aspectum oculorum nostrorum acies hebescit, ne orbem ipsum obtutus inspirat obuiorum sibi superatus fulgore radiorum: hoc idem mentis acies patitur in cogitatione omni deo: & quanto ad considerandum deum plus intenditur, tanto magis ipsa cogitationis sua luce cæcatur. Quid enim de eo (ut iterum repetam) condigne dicas, qui est sublimitate omni sublimior, & altitudine omni altior, & profunditate omni profundior, & omni luce lucidior, & omni claritate clarior, omni splendore splendidior, omni robore robustior, omni uitute uitior, omni pulchritudine pulchrior, ueritate omni uerior, & fortitudine omni fortior, & maiestate omni maior, & omnipotentia potentior, & omnibus diuitijs ditor, omni prudentia prudenter, & omni benignitate benignior, omni bonitate melior, omni iustitia iustior, omni clementia clementior. Munera enim sunt necessaria omnia genera uituum eo ipso qui uitium omnium & deus & parens est: ut uere dici possit id deus esse quoddam eiusmodi esse cui comparari nihil potest. Super omne est enim quod dici potest. Haec tenus Tertulliani uerba recensui.

Quamuis autem hæc se omnino sibi habent, nec ulla uel angelorum

lorum uel hominum lingua plene explicauerit quid, quis, uel quæ Formæ & lis sit deus, cum eius maiestas sit immensa & ineffabilis, scriptura rationes contamen, quæ uerbum dei est, attemperans se nostræ imbecillitatí, modis, formas uel rationes aliquot nobis suppeditat, per quas saltem Dei. in aliquam dei cognitionem, quæ interim nobis sufficiat donec hic in terris uiuimus, inducamur: ita tamen ut cogitemus perpetuo immensum definiri non posse, sed occasionem duntaxat aliquam præberi, quæ ad maiora per spiritus illuminationem efferamur. semperq; in hac disputatione ob oculos nobis prefixum teneamus hoc uerissimum æterni dei dictum, ad Mosen prolatum, Non poteris Exodi 33. uidere faciem meam. Non enim uidebit me homo & uiuer. Vbi e^t Joan. 3. nim hinc migrauerimus exuti mortalitate & infirmitate humana, diuinam uidebimus maiestatem. Nam Ioannes apostolus dixit, Scimus quoniā si apparuerit, similes ei erimus: Quoniam uidebimus eum sicuti est. Cum his meminerimus & uerborum Pauli apostoli dicentis, Cernimus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Proinde nemo præscriptos terminos transfilire, aut tempus destinatum præuertere, & dei faciem, ipsam inquam dei esentiam, intueri in hac carne & in hoc sæculo uiuens, impia curiositate audaciaq; præsumat. Sufficiat cuiq; illa dei reuelatio, quam ipse nobis in uerbo suo dignatur aperire, nimirum pro bona sua uoluntate quantum nobis & necessarium & utile est scire. Ac ueram utiq; sapientiam esse dicemus merito quæ in hac re non uolet plus scire aut sapere, quam æterna sapientia sapere docet.

Prima ratio cognoscendi dei peitur ex ipsis dei nominibus in Nomina scriptura ipsis attributis. Ea sunt multa & uaria, quia uirtus, sapientia inquam bonitas & iustitia atq; potestas eius infinita est. Recensabo & explicabo pro mea uirili duntaxat excellentiora maximeq; uulgaria.

Inter nomina dei excellit illud maxime quod uocant tetragram maton, id est (si quidem sic loqui licet) quadriliterum: componitur enim ex quatuor spiritalibus literis, ac dicitur Iehouah. Deriuatur hoc ab Houah uerbo substantiuo, cui præponitur Iod: ac sit Iehouah, id est ens siue existo, qui uidelicet est æu^rsoia existentia ex semetipso, uiam & esse, non ab alio, sed ex seipso habens, nullius indigens ut sit, sed omnibus esse conferens, deus utiq; æternus, sine principio & fine, in quo uiuimus, mouemur & sumus. Huc maxime pertinet, quod in hæc uerba legimus Exodi 2. cap. Et dixit Moses ad deum, Si ueniens ad filios Israel (ad quos nunc me mittis) & dixeris eis, Deus patrum uestrorum misit me ad uos: ipsiq; interrogauerint me,

DE DEO ET EIVS COGNITIONE.

Quod est nomen eius? Quid respondebo eis? Et respondit deus Moi, Sum qui sum. Vel, Ego qui ero. Et ait, Sic dices filijs Israel, Sum, Vel, Existo, aut Ens, Vel, Ego misit me ad uos. Id est deus sum qui ero, & is misit me, qui utiq; est ens siue essentia & deus eternus. Futurum enim tria comprehendit tempora, Qui est, qui fuit, qui erit, misit me. Certe beatus Ioannes apostolus & euangelista uidetur re-

Apocal. 1. spexisse ad hoc uerbum domini, quod & interpretari uoluit, dicēs, in persona dei, Ego sum A & O, principium & finis: dicit dominus, qui est, & qui erat, & qui erit siue uenturus est, omnipotens. Obser- uarunt alij in omnibus ferē linguis, etiam barbaris, nomen dei esse tetragrammaton. Certe de Hebraica non est dubium. De Greca La- tina & Germanica non minus certum est. Græce enim deus dicitur Θεός, Latine Deus, Germanice Gott. Addunt ex Persarum lingua Σύρον, ex Aegyptiaca τέλος uel τέλη, & per contractionem τέλος. Porro ex quatuor literis mysteria plane mirifica proferunt Cabaliste. De quibus ut alij diligenter scriperūt, ita ego malo his subtilitateibus

Iah et Hu. C.V. non implicari. Huic finitima sunt & hæc dei nomina, Iah & Hu. Illud in Psalmis non semel occurrit. Dicit enim David Halle- luiah, id est laudate dominum. Huins meminit idem David, dicēs, Hu, ipse inquam deus omnium essentia & creator, dixit & factum est: hu, ipse præcepit & exitit. Apud Isaiam dicit, Ego dominus, Hu est nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo. Deriuantur autem & illa uocabula ab essentia, & docent deum semper sui esse similem, essentiam ex seipsa ab æterno existentem, omnibusq; existentibus, esse cōferentem: utpote per quem, in quo, & ad quem, sunt omnia, cum sit ipse perpetua & perfectissima ueritas seu per- fectionis habita.

Adonai. Nomen uero dei tetragrammaton Iehouah, non ita legunt uel exprimunt Hebrei, sed pro ipso reponunt Adonai. Illud enim di- cunt esse ineffabile. Pro hoc reposuerunt omnes interpretes uoca- bulum Dominus. Est enim deus dominus omnium rerum, tam uis- fibilium, quam inuisibilium. Nec est aliud in toto mundo dominus, nisi hic unus uel solus, cui omnia in mundo subiecta seruūt. Nam ipse merum obtinet imperium, & monarchiam absolutissimam. Hinc dei uocabulo ad evidentiam aliquando coniungitur uox Sa- baoth. Dicitur enim dominus Sabaoth. Id quod alij exponunt do- minus uirtutum, alij dominus exercituum. Deus enim cum sit omo- nipotens, uirtute seu robore præstat, imo & in exercitu suo, quid possit & quanta sit eius uirtus declarat. Cum enim deus sit uniuersæ creature, & his utimperator aliquis suis militibus utatur, ma- ximaq;

*Dominus
Sabaoth
uel exerci-
tuum.*

ximā & stupenda efficiat, uel per minima, quantus & quāta eius
virtus sit declarat. In exercitu dei sunt omnes angeli, de quibus di-
xit Daniel, Millena millia & centena millia ministrabant ei. Ex his Daniel. 7.
unus angelus cecidit una nocte militum, in castris Assyriorum, sub
signis regis potentiss. Senacheribi, centena & octoginta quinque
millia. In exercitu dei sunt omnes stellæ, omnes uenii, omnes im-
pressions igneæ, aëreæ & aqueæ. In exercitu dei sunt omnes caco-
dæmones, omnes homines reges & principes, tota omnium regno
rum militia, omnes deniq; creature uisibiles & inuisibiles. His om-
nibus ipse pro suo arbitrio, immo pro bona & iusta sua uoluntate u-
titur, quando, quantum, & quandiu uult, ad efficiendum eius iu-
dicium & uoluntatem. In puniendo primo seculo usus est aquis,
in excindenda Sodoma & uicinis urbibus igni, in perdendis Cha-
nanæs & Iudæis hominum uel militum opera. Aliquando addi-
tur uocabulo domini Aeleon, & dicitur dominus æleon, id est ex+ Dominus
celsus. Nam Psalmo 113. legimus, Excelsus super omnes gentes do excelsus.
minus, & super celos gloria eius. Quis sicut dominus deus noster,
qui ita se sublimat in habitatione? Et Psal. 97. Excelsior es domine
omnibus quæ sunt in terra, nimis exaltatus es supra omnes deos.

Rursus nuncupatur deus El, nimirū à robore. Nam quod uult El.
potest efficere, ideoq; dicitur deus foris, heros uel gygas, Ieremias
enim, Dominus est mecum, inquit, ceu gygas robustus. Isaías dicit, Jere. 20.
Dominus gyganis instar prodibit, & sicut miles excitabit zelum, Isaia 42.
clamabit & super hostes suos roborabitur. Huic confine est uoca-
bulum Eloah, cuius plurale est Elohim. Illa appellatio innuit dei Eloah.
præsentiam, qui nuspism deest suo opificio, & suis cultoribus. Ie-
remias clamat, deum inducens loquentem, An non deus de pro- Iere. 23.
pinquo ego, & non deus de longinquo? Num abscondet se quis-
quam in latebras, ut eum uidere nequeā, ait dominus? An non cœ-
lum & terram ego impleo. Nam prior dixit Dauid, Quo ibo à spi- Psal. 138.
ritu tuo & quo a facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es:
fideccendero in infernum, ades. Si sumam pennas auroræ & habi-
tem in extrema parte maris, Etiam ibi manus tua reget me, & tene-
bit me dextera tua. Ergo Paulus apostolus, Non procul abest, in= Acto. 17.
quit, ab unoquoq; nostrum deus. Per ipsum enim uiuimus, moue-
mur & sumus. Ea de causa deus fortassis à Græcis appellatus est
Eos, nimirū ἐόντες à promptitudine & accurrendo, quod ipse nun- 6. dr.
quam desit mortalibus, sed semper & ubique opem ferat. Similiter
Plato in Cratyllo & eius interpres Proclus, οὐδὲν ἐόντες, hoc est à cur-
rendo deduci arbitrantur; ceterum cursum illum nō referat ad præ-

DE DEO ET EIVS COGNITIONE.

Sentiam & auxiliū dei: sed ad aliud. Nam cum homines uiderent Solem, Lunam, Astra, cœlum ipsum currēdo semper circumvolui, deos esse arbitrai sunt. Sunt qui & ^{et} diss, hoc est à metu & timore inflexū uelint. Timor enim uel religio credit & suaderet esse deum. Forte à Græco uocabulo θεος formarunt Latini suum uocabulum Deus. Sed sunt qui putent uocabulum Deus deductum esse à dando, quod scilicet omnia omnibus det. Ita enim Hebræis Dai (quod mox dicemus) uel schaddai nuncupatur, qui uidelicet sibi sufficit, nulla re indiget, sed omnibus omnia sufficit bona & necessaria. Alij deum Latinis dictum uolunt, quod ipsi nihil desit prorsus.

Deus.

Elohim.

Porrò pluratiuam uocem Elohim scriptura non tantum deo tribuit, sed & angelis & iudicibus, seu primarijs uiris: utpote quibus in officio ab ipso instituto laborantibus præsens adsit, & per ipsos operetur quæ uult, hominibusq; salutaria sunt. Hęc uox coniungitur uerbis singularibus, ut Gene. cap. 1. In principio creauit dī (bara) enim creauit singulare est) cœlum & terram. Ea re proponitur nobis adorandæ trinitatis mysterium. Tale enim quiddam dixisse uideatur Moses, In principio creauit deus ille trinus cœlum & terram. 2. Samuelis 7. cap. coniungitur plurale cum uerbis pluralis numeri, rursus ad demonstrandam suprabenedictę trinitatis perspicuum distinctionem.

Schaddai. Porrò in fædere quod pangit deus cum Abraham patre nostro, iterum aliud sibi nomen indit. Nam dicit, Ego deus Schaddai, id est sufficiens uel sufficientia. Deus ergo Schaddai appellatur. Id alij uertunt ualstatorem: quasi se iustum appellauerit uindicem & ultorem. Verum Moses ille Aegyptius, Nomē Schaddai cōpositum est, ait, ex uerbo Daij, quod est sufficit, & ex litera ψ, quæ idem potest quod ascher, id est qui, ut Schaddai sit idē qui sufficit sibi omniiūq; sufficientia est. Fortassis Ethnici uocabulum Saturni hinc illis attribuerunt, quos impie putauerunt esse deos. Nam ut à die deductur diurnus, sic à saturando nomē trahitur Saturnus. Deus ergo est cui nihil deest, qui sibi in omnibus & ad omnia satis est, qui nullius ope indiget, imo qui solus omnia habet, quæ pertinent ad perfec-

Saturnus. etam huius & futuri sæculi felicitatē, solusq; exaturare potest. Hac de causa appellant deum Germani Gott, quasi tu dicas bonū siue optimum maximum, das hōdyste oberrist gūt. Quia ut plenitudo est omnis boni, ita hominibus omnia bona liberalissime impariatur. Germanica uox non multum abludit ab antiquissima Aegyptiorum dei nuncupatione. Vocant enim deum θεον uel Θεόν. Si enim reponas pro θ ipsum γ, leges γ, Dominus ipse Exodi 6. cap. hęc duo

Gott.

DECAD. IIII. SERMO III.

duo uocabula sua Schaddai & Iehouah, cœu excellentissima, con-
dungit ac dicit, Ego Iehouah. Et apparui Abrahæ Isaac & Iacob
in deo Schaddai: & in nomine meo Iehouah non sum eis notus
factus. Non quod patriarchæ non audiuerint aut scierint nomē dei
Iehouah. Hoc enim temporibus Seth mox ab exordio mundi *co-*
Gene. 4
pit inuocari. Tale ergo quidpiam uidetur dicere dominus: Ego me
patribus aperui, ueluti deum Schaddai, qui in omnibus possim
ipso exaturare bonis, ideoq; terram lacte & melle manantem pro-
misi. Cæterum in nomine meo Iehouah eis nondum factus sum
notus, id est nondum præstiti quod promisi. Audiuius enim Ie-
houah dictum esse ab eo, quod ipse esse facit, ideoq; & promissio-
nem in opus producit: iam ergo opere complebo, inquit, declara-
boq; me non modo deum esse Schaddai, sed & Iehouah essentiam
æternam, constantem, ueracem & mei per omnia similem.

Postremo legimus Exodi 3, deum dixisse ad Mosen, Sic dices ad *Deus Aa*
filios Israël, Dominus deus patrum uestrorum Deus Abrahā, deus braham *I.*
Isaac, & deus Iacob misit me ad uos. Hoc est noamen meum in per- *saac & Ia*
peruum, & hoc memoriale meum in generationem & generatio- *cob.*
nem. Proinde aliud iam nomen dei habemus. Vult enim appellari
Deus Abraham Isaac & Iacob. Hoc, inquit, memoriale meum erit
in generationem & generationem, in quo uidelicet refricabo mea
beneficia patribus illis exhibita, ut ex illis posteri me norint, meiq;
meminerint. Quando enim audimus nomina patriarcharū, simul
ingerunt se omnia à deo ipsis collata beneficia cum præstautissima
dum innumera: quæ non frustra tanta diligentia & sigillatim expo-
nuntur à Mose per primum librum, quem dicimus *Genesim*. Vule
enim noster deus esse perinde ut illorum deus fuit: nisi non illi cre-
damus, sicut ipsi crediderunt. Erit enim & nobis creditibus Ieho-
uah & Schaddai, constans & æterna ueritas, esse & uita, conferre
simusq; omnium bonorum cumulus. Interim non caret mysterio, *Trinitas.*
quod cum patrum quoq; aliorum deus fuerit, utpote Adami, Seth,
Enos, in primis aurem Enoch & Noe, ex omnibus tamen delege-
tit triadem illā Abrahæ Isaaci & Iacobi singulisq; nominibus suum
id est dei nomen singulariter præfixit dicens, Ego sum deus Abra-
ham, deus Isaac, & deus Iacob. Ita enim manifestè mysterium trini-
tatis in unitate diuinæ essentiæ docuit, & quod personarum quæ-
libet eiusdem est diuinitatis gloriae & maiestatis, id est quod uerus
deus est pater, uerus deus filius, & uerus deus spiritus sanctus: &
quod hi tres sunt unus deus. Dicit enim, Ego sum deus, &c. De qua-
te suo dicitur loco. Hæc de nominibus dei hactenus ex quibus

DE DEO ET EIVS COGNITIONE.

Dionysius qualisq[ue] dei cognitio decerp[er]i potest. Scio Dionysium quendam de diuinis operosum de diuinis nominibus scripsisse commentarium; uerum nominibus intelligunt, opinor, p[ro]p[ter]e & apostolicae doctrinæ studiosi omnes, apostolorum discipulos res diuinæ longe simplicius tractauisse. Scio alios recensere L X X II. dei nomina ex scripturis & ex Cabalistis libris, quæ ut alibi commemorau[er]i, sic paulo post ex Exodi 34. cap. potiora ex illis recensebo.

Spectra Secundo proponitur nobis in uerbo dei spectandus, contemprosopoplanus, siue cognoscendus deus per uisiones spectraq[ue] diuina, ueographie lur in quadam parabola, dum per prosopographias & prosopœi uel Ico pœtias aut Iconas nobis quasi ob oculos statuitur. Admonemur in-

terim, ne hæreamus inuisibilibus illis, sed eleuemus mentem à uisibilibus ad inuisibilia & spiritualia. Neq[ue] enim deus corporeus est in sua substantia, quod specie humana nobis exhibetur in uisionibus. Neq[ue] quisquam sanctorum apud ueteres ante naū Christum humana imagine expressus deū, quod se humana specie uisendum exhibuisset paribus & prophetis. Anthropomorphitarū delirium est, deum esse corporeum & instar hominū humana habere membra. Ac ne quis sibi imponat hac in causa, affingens & ipse deo rem aliquam indignam, antiodi uice recitabo C. V. S. Augustini uerba, quæ is ex scripturarum pura intelligentia aliorūq[ue] orthodoxorum doctorum testimonijs ad Fortunatianum de Videndo deo contra

Deo incor. Anthropomorphitas scripsit, De membris dei, ait, quæ assidue scrip-
poreo memptura commemorat, ne quisquam secundum carnis huius formam
bra attrahet & figuram nos esse crederet similes deo, propriea & eadem scrip-
buatur quo tura & alas habere deum dixit, quas nos utiq[ue] non habemus. Sicut

ergo cum alas audimus, protectionem intelligimus; sic & cum au-
dimus manus, operationem intelligere debemus. Et cum audimus
pedes, presentationem. Et cum audimus oculos, uisionem qua co-
gnoscit. Et cum audimus faciem, iustitiam qua innotescit. Et si quid
aliud eadem scriptura tale commemorat, puto spiritualiter intelligendū. Neq[ue] ego hoc tantum, aut ego prior sic sentio: sed omnes
qui qualicunque spirituali intelligentia obſiftunt illis qui ob hoc An-
thropomorphitæ nominantur. Ex quorum literis ne multa com-
memoranda maiores moras faciam, unum S. Hieronymi testimo-
nium interpono. Cum enim ille uit in scripturis doctissimus, Psala-
mum exponeret ubi dictum est, Intelligite igitur qui insipientes etis
in populo, & stulti aliquando sapite, Qui plantauit aurem non aus-
dierunt, aut qui finxit oculum non considerant? Inter cætera iste locus,
Psal. 93. inquit, aduersus eos maxime facit, qui Anthropomorphiti sunt,
qui

qui dicunt deum habere membra quæ etiam nos habemus. Verbi
causa, dicitur habere oculos. Oculi domini aspiciunt omnia: manus
domini facit omnia. Et audiuit, inquit, Adam sonum pedum do-
mini deambulantis in paradyso. Hæc simpliciter audiunt, & huma-
nas imbecillitates ad dei magnificentiam referunt. Ego autem dico ^{Supta sunt}
quod deus totus oculus est, totus manus est, totus pes est. Totus o-
culus est, quia omnia uidet. Totus manus est, quia omnia operatur. ^{haec Hiero-}
Totus pes est, quia ubique est. Ergo uidete quid dicat, Qui plâtauit au-
tem non audierat aut qui finxit oculos non considerat. Et non dixit,
Qui plantauit aurem, ergo ipse aurem non habet. Non dixit, Ergo
ipse oculos non habet. Sed quid dixit? Qui plantauit aurem non au-
dierat. Qui finxit oculos non cōsiderat. Membra tulit, efficientias de-
dit. Et paulo post idem D. Augustinus, In his omnibus quæ de o-
pusculis sanctorum atque doctorum commemorauit, Ambrosij, Hies-
tonymi, Athanasij, Gregorij (Nazianzeni) & si qua aliorum talia le-
gere potui, quæ commemorare longum putau, deum non esse cor-
pus, nec forma humanæ habere membra, nec eum esse per locorum
spacia diuisibilem, & esse natura incōmutabiliter inuisibilem. Nec
per eandem naturam atque substantiam, sed assumpta uisibili specie,
sicut uoluit apparuisse quibus apparuit, quando per corporis ocu-
los in scripturis sanctis uisus esse narratur, in adiutorio dei incon-
cusse credo, & quantum ipse donat intelligo. Hæc Augustinus.
Subictiam his & Tertulliani ueruissimi scriptoris ecclesiastici uer-
ba ex libro eius elegantiss. de Trinitate, Efficacita, inquit, diuinæ per
membra monstrantur, non habitus dei, nec corporalia liniamenta
ponuntur. Nam & cum Oculi describūtur, quod omnia uideat ex-
primitur. Et quādo Auris, quod omnes audiat proponitur. Et cum
Digitus, significantia quæda uoluntatis aperitur. Et cū Nares, pre-
cum quasi odorū perceptio ostēditur. Et cum Manus, quod creatu-
re sit omnis author probatur. Et quando Brachiū, quod nulla na-
tura contra robur ipsius repugnare possit edicitur. Et quando Pe-
des, quod impletat omnia, nec sit quicquam ubi non sit deus expli-
catur. Neque enim sunt ei aut membra aut membrorum officia ne-
cessaria, ad cuius solum etiam tacitum arbitrium & seruiunt & ad-
sunt omnia. Cur enim requirat oculos qui lux est? aut cur querat
pedes qui ubique est? aut cur ingredi uelit cum non sit quo extra se
progreedi possit? aut cur manus experat cuius ad omnia instituenda
arifex est & silens uoluntas? Nec auribus eget qui etiam tacitas no-
uit uoluntates. Aut propter quam causam linguam querat, cui co-
gitare iussisse est? Necessaria enim hæc membra hominibus fuerū,

DE DEO ET EIVS COGNITIONE.

non deo. Quia inefficax hominis consilium fuisset, nisi cogitamen corpus implexet, Deo autem non necessaria, cuius uoluntatem non tantum sine aliqua molitione opera subsequuntur, sed ipsa statim opera cum uoluntate procedunt. Cæterum ipse totus oculus, quia totus uidet: & torus auris, quia totus audit: & totus manus, quia totus operatur: & torus pes, quia totus ubique est. Non enim habet in se diuersitatem sui quicquid est simplex. Ea enim demum in diuersitatem membrorum recidunt, quæ ueniunt ex natuitate in dissolutionem: sed hæc quæ cōcreta non sunt, sentire non possunt. Et quæ sequuntur. Illa enim omnia Tertulliani sunt.

Quomodo Ergo cum Moses legitur uidisse deum de facie ad faciem, cum leuiderint paguntur Iacob Israel & prophetæ uidisse deū clare, non in ænigmatres deum. te, significatur exhibitam esse eius uisionem omnium manifestissimam efficacem & maxime familiarem. Verè enim dixit Theodoreus Cyri episcopus, Dicimus patres non uidisse diuinam naturam aut substancialm, quæ nec circumscribi, nec comprehendendi, nec mente percipi potest, & quæ uniuersa comprehendit, sed quandam gloriam & qualidam uisiones, quæ eorum facultatibus responderent, nec eius modum excederent. Verissimè enim semper permanet illæ

Ioan. 1. certissimæ sanctarum scripturarum sententie, Deum nemo uidit. n. Tim. 6. unquam. Deus habitat lucem inaccessam, quem nemo hominum uidit nec uidere potest. Item, Nemo uidebit faciem meam & uiuet, id est, dum hic in terris in hac carnis nostræ corruptione & imperf*ectione* uiuit, nemo dei essentiæ, quæ est æterna & inuisibilis lux, intuebitur. Etenim hac corruptione liberati & clarificati uidebimus eum sicuti est. Proinde uisus legitur deus à patribus non secundum plenitudinem diuinitatis, sed secundum capacitatem hominum.

Deus per Tertullianus arbitratur omnia Testamenti veteris à deo patre acta filium egit esse per filium, qui assumpta specie competenti hominibus apparet omnia cum ruerit & patribus loquutus fit. Paulus in principio epistolæ ad Hebreos significanter loquitur de filio dei incarnato, non absolute negans namquam quicquam per filium egisse patrem. Tertullianus, Filio data est, inquit, omnis potestas in celo & in terra. Omnia autem non erunt nisi omnis temporis fuerint. Filius itaque est qui ad humana semper colloquia descendit ab Adam usque ad patriarchas & prophetas, in uisione, in somno, in speculo, in enigmate. Sic semper ediscebat deus in terris cum hominibus cōuersari, non alius quam sermo qui caro erat futurus. Ediscebat autem ut nobis fidem stirret, ut facilius crederemus filium dei descendisse in seculum, & retro tale quid gestum cognosceremus. Et cetera. Hæc enim omnia

Tertulliani

Tertulliani sunt. Post hanc præmonitionem subiectemus iam visiones diuinæ maiestatis exhibitas hominibus sanctis.

Visiones deus seruis suis uarias & multas exhibuit, quibus manifestat suā utcunq; adumbravit: quas omnes sigillatim quoq; referrere ac exponere immēsi esset operis. Celebriores inuenias Exodi 19. Ilaicæ c. Ezech. 1. Danielis 7. & in Apocalypsi beati Ioannis euangelistæ & apostoli. Eas indicasse sufficit. Porro celeberrimam & absolutissimam omnium tractabo iam paulò fusi. Ea extat Exodi 23. & 34. cap. Experiebatur Moses facilitatem bonitatemq; dei, & Moses deit quod ab ipso nihil non impetraret, audet ergo illud à deo postulare, quod omniibus sæculis omnes uere sapientes unice in uotis habuerent uide gloriam deum in sua substantia gloria & maiestate inspicere. Dicit enim Moses, Quandoquidem intelligo te mihi uelle peropitme, ne que quicquam denegare posse, age obsecro ostende mihi gloriam tuam, id est, sine ore ut te talem inspicia, qualis es reuera in tua glorioſa essentia & maiestate. Ad hanc postulationem omnium maximam deus respondens, Ego, inquit, efficiam ut coram te transeat omnne bonum meum: & clamabo nomen domini, uel in nomine domini, coram te. Quibus uerbis duo pollicetur Mosi. Alterū, Omne bonum meum transbit coram te. Ceterum supremum hoc dei bonum aliud esse nequit, quam ipse deus optimus maximus, uel posterior sermo dei, ipse inquam dilectiss. dei filius, in quo recōditos credimus omnes thesauros sapientiæ, diuinitatis, bonitatis & perfectiōnis. Huius enim spectrum uel speciem quandam humanam uisibilem (quando incarnandus erat in fine sæculorum) obiecit oculis Mosis. Alterum est, Clamabo nomen domini uel in nomine domini coram te, id est, proclaimabo nomenclaturam meæ gloriæ, ex qua quis sim intelligas, uideasq; animo. Porro ne quis merito Moses attribueret uisionem tam excellentem, interponitur hæc à domino sententia, Visio illa tibi nō obtingit propter tuum meritum. Nam extra meritum humanum reuelo me cuicunq; uolo, citrabit respectu personæ in quemlibet sum beneficus. Quæ consideratio grauitate gratiæ & bonitatis liberalissimæ dei admodum pertinet ad ueram dei cognitionem. Deinde redit dominus & significantius declarat Mosi quomodo se sit ei exhibitus. Non conceditur tibi, inquit, in hac adhuc uita agenit uidere faciem meam, id est ad plenum uidere meipsum in mea substancia. Hoc enim reseruatur beatis spiritibus & clarificatis corporibus in futuro sæculo. Sic ergo me tibi ostendam, Tu ascendas in montem: ibi commonstrabo tibi in saxo cavernam, in eam te statues: ego uero ponam super te manum meam,

DE DEO ET EIVS COGNITIONE.

nubem inquam uel tale quippiam, ne in accedentiis uultu recta ins-
tuaris. Loquitione enim hac imitatur deus homines, quibus re-
ceptum est manus in uultum eius expansas ingerere, quem nolunt
propius cōtueri uel inspicere res. Addit dominus, Interim uero tran-
sibo, id est spectrum assumptum, nimirum species humana in qua
me uisendum exhibeo, transfibit. Vbi autem transfero tuic⁹ recta in
uultum meum aspicere amplius nequieris, remouebo manū, qua
uultum tuum contexeram, tum uero licebit inspicere tergum spē-
ctri, uel posteriora mea. Ceterum posteriora dei sunt dicta & facta
dei, quæ post se relinquunt, ut ex ipsis eum testimemus. Rursus con-
templatio faciei sumitur pro exactissima cognitione. Qui autem in
tergum duntaxat aspicunt, minus exacte cognoscunt. Præterea po-
sterioribus temporibus misit deus filium suum in mundum, natum
ex muliere. Quem qui fide contemplantur, diuinitatem quidem in
humanitate non uident, ex dictis tamen & factis cognoscunt quis
sit deus, adeoq⁹ patrem cernunt in filio. Discunt enim quod deus
summum bonum est, & quod filius dei deus est, patri coequalis &
consubstantialis.

Quomodo Videamus iam quomodo se exhibuerit deus Moſi (iuxta pro-
deus se Moſi missionem auditam hactenus) uisendum. Diluculo surgens Moſes
si uidēdum ascendit in montem alacris ad petram, quam indicauerat dominus,
exhibuerit. & recipit se in cauernam, cupideq⁹ uisionem sive revelationem dei
expectat. Dominus uero descendit in nube, uenientib⁹ in montem
ad cauernam petræ, in qua expectabat Moſes. Mox uero obiecta fa-
cie Moſis, transiit spectrum dei, id est species illa humana à deo as-
sumpta: cumq⁹ iam tergum Moſi obuerteret spectrum, nec in uul-
tum aspicere amplius posset Moſes, removit dominus manum, ac
Moſes aspiciebat in posteriora domini. Vnde colligebat deum ali-
quando, hoc est posterioribus saeculis, fore incarnandum atq⁹ ita re-
uelandum orbi. De qua revelatione dicemus paulo post plura. Si-
mul etiam clamauit dominus, & catalogo quodam uti promiserat
nomina sua recensuit, quibus naturam suam ueluti adumbrauit.
Dixit enim, Iehouah Iehouah, deus misericors, & beneficus, lon-
ganimis, immense⁹ bonitatis & ueritatis, custodiens beneficentiam
in mille, auferens uel condonans iniquitatem transgressionem &
peccatum: atamen sceleratum non dimittens impunitum, uisitans
iniquitatem patrum in filiis & nepotibus in tertiam & quartam ge-
nerationem. Hoc quid aliud est quam si dixisset? Ego sum essentia
illa increata, ex meipso ab æterno existens, quæ omnibus esse con-
fert, quæ omnia in esse conseruat. Ego sum deus fortis & omnipo-
tentia⁹.

**Quid sit
deus.**

tens. Non abutor mea potentia. Sum enim clemens & misericors, qui meas amo creaturas, hominem in primis, in quæ totis incalisco uisceribus. Sum diues & beneficus creaturisq; meis iuuandis prom pristimus. Gratias omnia cōfero. Sum longanimis minimeq; hominum more irritabilis, præcepstq; ad uindictam. Neque uero parcus aut malignus sum, ut solet uulgus diuitum in hoc sæculo. Sum liberalissimus & beneficentissimus, gaudens distrahi & beneficijs adoperire fideles. Sum præterea fidelis & uerax. Nec fallo quenquam, nec mentior quicquam; quod promitto, fideliter præsto. Negi uero opes meas prodigo, aut has spargens in homines, deficio tandem exhaustus. Custodio enim beneficentiam in mille generationes: ut quanquam prius sæculum ex meis opibus splendide uixerit, postritamen ad finem usq; sæculi nihilominus in me inueniant quod ad iucundam facieratem exatur. Sum enim fons bonorum inexhaustus. Si quis uero in me peccarit, ipsumq; sceleris pigear, nō sum implacabilis. Sponte enim condono errores peccata ac scelera. Ideo tamen nemo existimet me peccatis oblectari aut patronum esse scelerorum. Idē enim sceleratos & impoenitentes punio: meos item, ut retineam in officio, castigo. Nemo autem puer se impune peccatum, quod uider maiores suos impune peccasse, hoc est non protinus esse deleros. Reseruo enim uindictam in tempus iustum, modisq; omnibus ita me gerò, ut omnes fateti cogantur me esse deum iudicij. Hæc cum audisserat uidisset seruus dei Moses, festinavit prociditq; in terram ac adorauit. Idem faciamus & nos, certe quod dominus non dignabitur se & gloriam suam, quoad in hisce terris uixerimus, plenius nisi in exhibito Christo reuelare. Quæ itaque sufficiebant Mosi, sufficient & nobis, sufficient cognitio Christi.

Omnium enim clarissima & præstantissima cognoscendi deira Per Christum uel forma in Iesu Christo dei filio incarnato nobis proponitur. sum aperit. Ideo enim modo audiuiimus & Mosi obiectam esse Christi um- se deus eu- bram, cum deus semetipsum ei uoluisset reuelare quam familiaris= dentissime. simus. Et apostolus Paulus illuminationem cognitionis gloriae dei 1. Cor. 4. in facie Iesu Christi reponit. Idem alibi eundem appellat paternæ Hebræ. 1. gloriae splendorem & expressam ipsius substantię imaginem. Certe Ioan. 6. ipse in euangelio clarissime dicit, Nemo nouit patrem nisi filius, & Matth. 11. cui uoluerit filius reuelare. Nam ipse est uia ad patrem: in ipso ui. Ioan. 14. de: uar pater. Rursus enim in euangelio legimus, Deum nemo uidit Ioan. 1. unquam, unigenitus qui est in sinu patris, ipse reuelauit nobis. Iterum uero apostolus, Postquam, inquit, in sapientia dei non cognos. 1. Cor. 14. uij mundus per sapientiam deum, uisum est deo per stultitiam præ-

DE DEO ET EIUS COGNITIONE.

dicationis saluos facere credentes. Sapientiam dei appellat ipsam creationem seu opificium mundi, & admiranda dei opera, quibus deus mundo innotescere uoluit; & in quibus excutiendis & considerandis uniuersa omnium sapientum sapietia haec tenus incubuit. Sed quoniam hac in parte nihil profecit mundana sapientia, teru feret omniu[m] causas alio referente quam ad unicu[m] & ueru[m] scopum, deum, dumq[ue] se arbitrarentur sapientes esse, ut idem doctor gentium ait, in sua ipsorum ratiocinatione stulti facti sunt, placuit deo per aliam rationem mundo innotescere, haud dubie per stultam prædicacionem euangelij: nimurum quae reuera absolutissima est sapientia, ueru[m] humanæ sapientiae uideretur esse stulta. Stultum enim apparet hominibus huius saeculi deum uerum incarnatum, conuersari nobiscum in terris, egere, esurire, pati ac mori. Athac ipsa ratione quam illustrissime innotescit mundo deus, eiusq[ue] sapientia, bonitas, ueritas, iustitia & potentia. Ineffabilis enim dei sapientia in toto Christi negotio & dispensatione mirifica, singulariter elucet, maximè si causas (de quibus alias) excutiamus, si item doctrinam Christi expendamus. In incarnatione filij dei inclarescit quam bene uelit pecatis immerso mundo, utpote cui connectitur sedere indissolubili, mortisq[ue] & satanæ filios, adoptat per Christum in filios haeredes uita æterna. Quod uero Christus singula quæ de ipso ex reuelatione dei prædixerant prophetæ, tam exacte implet, quod ea quæ in ipso deus pater promiserat tam liberaliter præstat, declarat quam sit immutus & uerax deus æternus. In factis seu miraculis Christi dñi, in resurrectione eius, in gloriose eius ascensione ad celos, uberrimaq[ue] effusione in discipulos sancti spiritus, in primis uero in conuerstione totius orbis ad ueritatem euangelicam ex paganismo et Iudaismo, apperit se potestia dei, lōganimitas, maiestas et beneficia ineffabilis. In morte filij reluet maxima dei iustitia, utpote quæ peccatis nostris offensa placari non potuit, nisi uictima carna. Interim in eo & non pepercit filio unigenito, sed hunc pro nobis hostibus suis & impijs tradidit, elucescit misericordia illa quæ meritò supra omnia dei opera commendatur. In filio itaq[ue] & per filium manifestat se deus orbi manifestissime, adeo ut quicquid de deo & eius uoluntate scire opus est, quicquid coelestis & salutaris sapientiae est, id rotum aperitur & peruidetur in filio. Iccirco rogauit Philippo, Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis: respondisse legimus dominum, Tanto tempore uobiscum sum, & non cognouisti me? Philippe, qui uidit me, uidit patrem. Et quomodo dicas tu: ostende nobis patrem? Non credis quod ego in parte sum, & pater in me?
Reuocat

Rom. 1.

Rom. 14.

Reuocat autem omnes fideles à perquisitione dei curiosiore, proponens mysterium dispensationis, in quo nos uult acquiescere, in eo nempe quod deus homo factus est. Ergo quicunq; cupiunt deū uere uidere & cognoscere, oculos animi in Christum conuerant, & huius mysterio uestib; ac factis credant: ex his discentes quid & quis sit deus. Talis enim est deus, qualem se nobis in Christo exhibet cognoscendum: atq; in hoc ipso alibi constituit uitam æternam, dicens, Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum deum ue *Iohann. 17.* rum, & quem misisti Iesum Christum. Caveat qui sibi consultum cupit, ne quid amplius scire uelit, quam in Christo ab ipso deo nobis traditum est. Quisquis autem Christo neglecto, dictamen & subtilitates ingenij humani sequitur, euanebit certè & perit in suis cogitationibus.

Quarta cognoscendi dei ratio petitur ex contemplatione operum eius. Nam Dauid canit, Cœli enarrant gloriam dei, & opera tui deus ex manuum eius annunciat firmamentum. Sed & Paulus apostolus, suis operibus. Quæ sunt inuisibilia dei, inquit, ex creatione mundi dum per operibus. ra intelliguntur, peruidentur, ipsa nempe æterna eius potentia ac *Psal. 19.* diuinitas. En Æterna dei potètia & diuinitas, inuisibilia illa dei sunt, *Rom. 1.* sed ea intelliguntur ex consideratione operū dei: ex operibus ergo dei deus ipse cognoscitur. Consideranur autem opera dei bifariam. Opera dei Vel enim proponuntur nobis contemplanda in rebus propriis hominum conditis, ut in celo & in terra, & in ijs quæ sunt in celo & sideratur. in terra, prouidentiæ dei & gubernantur & conseruantur, cuius generis sunt astra astrorumq; motus sive cursus, influentiæ celestes, temporis uicissitudo, animantia omnis generis, arbores, plantæ, fructus terræ, mare & quæ in mari sunt, lapides, & quæ in terris latitat effodiunturq; ad hominum usum. De his scripserunt doctissime & p̄fissime S. Basilius & S. Ambrosius in opere sex dierum, quod appellari Hexameron. His habet locum historia illa naturalis, quam gloria excellentissimus rex Dauid in Psalmis, maximè post centesimum, appositiissime accommodat instituto nostro. Verum ne inuolum res, dicemus quædā paulò post de Creatione mudi, diuinaq; gubernatione & prouidentia. In præsenti satis fuerit agnoscere cœlum ac terram, & ea quæ in his sunt, nobis enarrare & quasi ob oculos statuere deum ut sapientissimum ita potuissimum esse, admirandum, infinitæ maiestatis, gloriae immensen, justissimum, beneficentissimum, optimum, maximum. Optime ergo rebus humanis consulens Isaias fidelissimus ecclesiæ doctor, Attollite, inquit, in *Isaiæ 40.* sublime oculos uestros, & contemplamini quis creauerit ista, pro-

DE DEO ET EIVS COGNITIONE.

ducens in numero exercitum eorum, singula suis nominibus uocans, cuius tanta est uirtus, ut nullum quidem illorum desit. Quanquam enim ab exordio astra mundo illuxerint, & suo curiu ad quod creata sunt perfecerint, usu tamen neq; contrita, neq; uetus state consumpta aut obscurata sunt. Nam uirtute creatoris conseruantur integra. Ieremias quoq; clamat, Domine nemo est sicut tu. Magnus es tu, & magnum est nomen tuum cum potentia. Quis te non metuat, ô rex genium? Quia tibi est decor: quia inter omnes gentium sapientes, & in omni regno eorū nemo est tibi similis. Et mox, Dominus deus uerus deus & uiuus est, deus & rex sempiternus: ab ira eius contremiscit terra, nec possunt gentes sustinere indignationem illius. Qui terram condit sua uirtute, sapientia sua orbē disponit, prudentia sua cœlos extendit. Cum ille uocē dat, ingens aquarum uis in aëre coit, & eleuat nubes ab extremitate terre, fulgura in pluuiam uertit, atq; edicit uentos de receptaculis suis. Vel propo-
nuntur nobis opera dei contemplanda in ipso omnium creature-
rum domino, homine: non tam in opificio eius quod spectandum pulcherrime depinxit Lactantius & Andreas Vuſſalius, quam in operibus, quæ erga hominem uel in homine aut per hominem fiunt ab ipso domino. Alios enim iuste punit deus homines, puniēdō declarat se nouisse res mortalium, & odise omnem iniuriam & iniusticiā. Alios cumulat beneficij maximis, beneficiēdō demon-
strat se esse diuitem, imò fontem bonorum inexhaustū, beneficium, bonum & misericordem, clementem & longanimem. Huius gene-
ris innumera sunt in historia diuina. Cain propter patravum patre-
cidium uitam uiuit in terra longe miserrimam. Vindicat enim in-
noxium sanguinem iustus dominus. Primum illud saeculum dilu-
vio immisso cœlitus, cōtempci numinis peccas dat. Noe uero cum
suis seruarur in arca per dei misericordiam. Abrahamū educit deus
ex Vra Chaldaeorum, & reponit in terram Chanaan, benedicēt
ei omnibus bonis adobruit. Iacobum quoque in uaria coniectum
discrimina, mirifice seruat. Iosephū per afflictiones graues ad ihro-
num euehit Aegypti. Aegyptios grauiter affligit propter tyran-
dem exercitam in miserum Israelis populum, & propter contemp-
sum uerbi dei. Sed longum & laboriosum esset commemorare fin-
gula. Discimus autē ex his & similibus dei operibus, quis & quan-
tus sit deus noster, quam sit sapiēs, bonus, potens, munificus, iustus,
& æquus, & quod huic oporet nos credere & obedire. Asaph en-
im canit, Quæ audiuimus & cognouimus, & paures nostri nar-
uerunt nobis, ea nō celabimus filios nostros, etatibus posteris nar-
rabimus.

Iere, 10.

Pſal. 78.

tabimus laudes domini robur eius, & stupenda opera quæ fecit: ut filii qui nati sunt cum adoleuerint, narreri filiis suis, & ponant in deo fiduciam, nec obliuiscantur operum dei, mandataq; eius obseruent. Et quæ sequuntur Psalmo 78.

Huic rationi contermina est quæ colligitur ex cōparatione qua- *Deus ad-*
datus. Scriptura enim omnes in mundo p̄stantissimas res confert *umbratur*
cum deo, quem mox omnibus p̄fert, ut inde colligamus deum *nobis per*
summum esse bonum, & maiestatem eius esse immensam. Vnus *collatione,*
Isaiae locus esse poterit pro multis, qui in hæc uerba legitur cap. 40.
Quis mensus est uola sua aquas, & cœlos palmo quis estimauit?
Quis apprehendit tribus digitis puluerem terræ, & appendit mon-
tes in statera & colles in bilance? *Quis dixit spiritū domini? Quis*
à consilijs ei fuit? *Quis eum docuit?* Cum quo iniijt consilium, qui
eum erudiret? Ecce gentes deo collatae tanquam gutta stular, & re-
putantur tanquam momentum quod bilancem mouet, uel propen-
der. Ecce insulas quasi minuissimum puluerem projicit, Libanus
non satis esset ad incendendum ei ignem, neq; feræ eius sufficerent
holocausto. Omnes genies coram eo tanquam nihil sunt, & ipsi
comparatae tanquam res friuolæ reputantur. An hæc non intelligi-
tisan non à rerum primordio hoc nunciatum est uobis? an nō do-
cti estis à iactis terræ fundamentis? Qui sedet supra globum terræ,
& qui habitant in ea sunt ueluti locustæ. Qui extendit cœlos ut cor-
tinam, & expandit eos instar tentorij. Qui redigit potentes ad nihi-
lum, & reddit iudices terræ ut sint inanes. Et reliqua. Huc pertinent
dei profopopeia, quarum inuenias aliquot preter uisiones quas
poluimus in ratione secunda, excellentiores autem Psalmo 18. &
Canticorum cap. 5. Eas inexplicatas transeo, ne nimis diu his ui-
dear immoratus. Est enim & ad alia transeundum.

Postremo cognoscitur deus ex sententijs ore prophetarum & a *Deus disce-*
postolorum pronunciatis. Cuius generis est illa eximia beati Iere- *tur ex sen-*
miae, dicentis, Ne glorieris sapiens in sapientia sua, neq; glorieris tentijs uel
robustus in robore suo, nec glorietur diues in diuitijs suis; sed in pronuncia-
hoc glorietur qui gloriatur, quod intelligat & cognoscat me, quo- tis.
niam ego sum dominus, qui misericordiam, iudicium & iustitiam Iere. 9.
facio in terra: quapropter ihs unice delector, dicit dominus. Serua-
mur autem misericordia dei, uarijsq; ornamus muneribus. Iudicio
impiorum & inobsequientibus penas irrogat commeritas, & seruat æ-
quitatem. Sicuti & iustitia quæ promisi, p̄fstat ueraciter. Dicimus
ergo deum esse saluatorem & liberalem omnium bonorum dato-
rem, & quissimum iudicem, & in promissis prestandis ueritatem ues-

DE DEO ET EIVS COGNITIONE.

Vnus est racissimam. Huc referenda est doctrina prophetarū & apostolorū, quæ tradit eam esse ueram dei cognitionem, quæ agnoscit deū in essentia unum, in personis autem esse trinum. De unitate diuinæ essentiæ (qua asserta reiçitur & condemnatur pluralitas deorū genitilium) hęc subiçimus ex diuinis literis testimonia, & excellentiora quidem illa: quis enim singula enumeret? Clarissimum illud est quod prophetica & euangelica autoritate subnixum, ex Deut. 6. cap. petitum, apud Marcum in 12. cap. totidem uerbis explanatur. Dixit Iesus, Primum omnium præceptum est, Audi Israel, dominus deus noster, dominus unus est. Et diliges dominum dèum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex totis uiribus tuis. Hoc est primum præceptum. Et secundum simile hoc est, Diliges proximum tuū ut te ipsum. Maius his aliud præceptum non est. Sequitur in euangelio, Et dixit Scriba, Bene præceptor cum ueritate dixisti, quodū unus sit deus, & non sit alius præter illum, quodē diligere eum ex toto corde, & ex tota intelligentia, & ex tota anima, & ex totis uiribus, ac diligere proximum ut seipsum, plus sit quam uniuersa holocaustaria & victimæ. Cum hoc testimonio faciunt & alia in lege insigniora. Legimus enim Exodi 20. ipsū dominum in monte Sina ore proprio enunciasse, Ego dominus deus tuus, qui eduxi te ex terra Aegypti, de domo seruitutis: nō sint tibi dij alij coram me. Rursus canit Moses in Carmine suo extremo, deum inducens loquenter, Videte quod ego, ego inquam, ipse sum dominus, & non est deus præter me. Ego occido, & rursus uiuifco: ego uulnus infligo, & ego medeon, nec est qui ē manibus meis eripere possit. Cum testimonij legis consentiunt prophetarū testimonia. Nam David Psalm. 18. Via dei integra est, ait, eloquium dei regurgatum, scutum est omnium in se sperantium. Quis enim deus præter dominum? aut quis est petra præter deum nostrum? Plurima huius generis alia passim occurruunt in Psalmis, Dominus apud Isaiam & per Isaiam clamat & dicit, Ego dominus, huī est nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo, nec laudem meā sculptilibus, Ego sum primus, & ego sum nouissimus, & præster me nō est deus. Et quis mei similis? Vocet & annunciet illud atq; hoc disponat mihi ab eo quo posui populum seculi, & imminētia ac futura annuncient eis. Ego dōminus faciens omnia, ccelos extendo solus, & mea uirtute terrā expando. Irrita facio signa mendacium, & stultos & infanos reddo diuinos, auerto sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam reddo. Excito uerbum serui mei, & cōsilium nunciorum meorum perficio, Ego dominus, & nullus ultra;

Isaiæ 42.

Isaiæ 44.

Isaiæ 45.

ulta: præter me nō est deus. Ego dominus, & nullus ultra, formans lucem & creans tenebras, faciens pacem & creans malum: ego dominus facio omnia: ista, His prophetiis subiungemus iam unum & alterum S. Pauli doctoris gentium testimonium. Is ad Timotheū scribit: Vnus est deus, unus etiam mediator dei & hominum, homo Christus Iesus. Et iterum, Vnus dominus, inquit, una fides, unum baptisma, unus deus & pater omnium, qui est super omnia, & per omnia, & in omnibus uobis. Rursus ad Corinthios dicit idē apostolus, Nullus est deus aliud nisi unus. Nam etsi sint qui dicuntur dij, siue in cœlo siue in terra (quemadmodum sunt dij multi & domini multi) nobis tamen unus est deus, Pater ille, ex quo omnia, & nos in illum: & unus dominus Iesus Christus, per quem omnia & nos per illum. Arbitror autem hæc testimonia diuina satis esse clara & sufficere ad demonstrandum, quod deus substantia unus sit, essentia inquam, immensæ, æternæ, spiritualis.

Cæterum sub una diuinitatis essentia, demonstrat nobis scriptura sancta distinctionem patris, & filii, & spiritus sancti. Distinctio- nem autem dico, nō diuisionem aut separationem. Necq; enim plus res adoramus & colimus deos, sed unum: ita tamen ut nec confundamus, nec negantes auferamus essentiæ diuina subsistentias siue personas tres, harumq; proprietates. Noētus reuera àvéras, & Liby- cus ille Sabellius, homo impius, audax ac stupidus (à quibus nata est crassa Patrissianorum heres) docuere patrem & filium & spiritus Patris ritum sanctum nihil in deo distinctum sonare, sed diversa esse dei passione attributa. Deum enim nō aliter appellari patrem aut filium aut spiritum sanctum, quam bonum, iustum, clementem, omnipotentem, sapientem, &c. Illi ipsi, Pater, inquiunt, mundum cōdidit, idem filius nomine carnem assumpit & passus est, idem ipse commutatio nomine iam etiam spiritus sanctus uenit in discipulos. Veritas autem orthodoxa prophetica & apostolica diserte tradit nomina patris & filii & spiritus sancti, indicare nobis qualis sit deus in sua natura. Nam deus naturaliter & ab æterno pater est, quia ab æterno filium ineffabiliter genuit. Idem deus naturaliter filius est, quia ab æterno à patre genitus est. Idem deus naturaliter est spiritus sanctus, quia æternus amborum spiritus est ex utroq; procedens, unus cum ipsis deus: qui cum in scripturis appellatur deus clemens, bonus, sapiens, misericors, iustus, nō tam quid in seipso sit significatur, quam qualem se nobis exhibeat. Eadem scriptura aperte dicit patrem per filium condidisse omnia: nec uero patrem in terram descendisse, nec carnem nostrā assumpisse, nec pro nobis esse passum. Filius enim,

DE DEO ET EIVS COGNITIONE.

- Ioan. 16.** Exiui à patre, inquit, & ueni in mundum: iterū relinquo mundum,
 & uado ad patrem. In monte olivarum idem filius prostratus orat;
- Math. 26** Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. Idem iterum in euange-
- Ioan. 14.** Ilo ait, Ego rogabo patrem, & alium paracletum uel consolatorem
 dabit uobis. En aliud, inquit, consolatorem dabit pater. Iterum tan-
- Ioan. 10.** men ne proper personas illas, personarumq; proprietates, difun-
 geremus diuinā naturam, rursus in euangelio dicit, Ego & pater u-
 num sumus. Cum enim dicit Vnum, elidit substantiam uel naturā
 diuinam separantes aut lacerantes: cum uero dicit sumus, & non
 sum, eos cōfutat qui subsistentias uel personas confundunt. Proin-
 de apostolica & catholica doctrina tradit, & confiteretur tres esse di-
 finitos proprietatibus, sed trium eandem esse essentiam sive natu-
 ram, eandem omnipotentiam, maiestatem, bonitatem, sapientiam.
 Quamuis enim ordo sit in trinitate, inæ qualitas tamē in ipsa nulla
 est prorsus: nullus est alio tempore prior uel dignitate potior: sed
Disputatio exorta de deo.
 trium est una deitas, & hi tres sunt unus & æternus deus. Ac primis
 tuis quidem ecclesia, temporibus apostolorum & proxime inse-
 quentibus simpliciter sic creditur, spretis & repudiatis questionibus
 curiosis superuacancisq; disputationibus. Simul autem exorti sunt
 in ecclesia dei uiri pestilentes, loquentes peruersa, quos apostolus

Acto. 20. merito appellauit lupos graues, gregi non parcentes. Hi noxias &
 peregrinas cōtexuerunt quæstiones, blasphemas linguas in ipsum
 cœlum exacuentes. Contenderunt enim tres personas nō posse u-
 nam esse naturam uel essentiā, ideoq; asserta trinitate plures à Chris-
 tianis cum ethniciis deos adorari. Rursus cum non possit esse nisi
 unus deus, cōsequens esse eundem fibi esse patrem, filium & spiri-
 tum sanctū. Ita enim eos ineptire oportebat, quos nō diri gebat uera
 bum dei, sed crassa carnis humanae imaginatio. Ac puniebat deus
 hoc modo gyganteam istorum hominum audaciā, quorum ani-
 mi omni reuerentia & timore dei uacui, contendebant impie in ip-
 sam dei faciem aciem oculorum carnis desigere. Ceterum cogeban-
 tur fideles & uigilantes ecclesiastum antistites atq; pastores à caulis
 ouii Christi huiusmodi lupos abigere & pro ueritate orthodoxa,
 hoc est pro unitate & trinitate, pro monarchia & mysterio dispen-
 sationis strenue certare. Certamen uaria peperit uocabula, quibus
Voces in haec dispu- ratione usurpare, quales.
 oportuit lubricos homines tenere uel circuscribere. Nata sunt itaq;
 mox ab initio uocabula Vniratis, Triadis uel trinitatis, Essentia, sub-
 stantia, personæ. A Græcis ferè usurpata sunt ἑστία, ἐνόσσοις, πρόσωποι:
 nos dicimus essentiam, subsistentiam & personam. Ex his rursus ex-
 ortæ sunt posterioribus annis in ecclesia nouæ & recentes alterca-
 tiones.

tiones. Disputarunt acuti de essentia & substantia, eadem ne an diuersa sint. Rufinus enim Aquileiēn. eccles. histor. lib. 1. cap. 29. De *Essentia differentia*, inquit, substantiarum & substantiarum, quas Græci & substans uocant, mota est quæstio. Quidam enim dicebant ita, uel substantiam & substantiam unum uideri: & quia tres substantias sistentia, non dicimus in deo, nec tres substantias dicere debeamus. Alij vero, quibus longe aliud substantia quam substantia significare uidebatur, dicebant quia substantia ipsa rei alicuius naturam rationem, qua constat, designet: substantia autem uniuscuiusque personæ, hoc ipsum quod exiat & subsistit, ostendat. Scripsit & Bafilius magnus doctam epistolam de discrimine essentiæ & substantiæ ad Gregorium fratrem. Porro Hermius Sozomenus historiarum lib. 5. cap. 12. Multarum, inquit, ciuitatum episcopi Alexandriam conuentes, Nicena dogmata cum Athanasio & Eusebio (Verelleñ.) confirmant, & spiritum sanctum & patri & filio coessentialē esse confidentur, ac triadē nominant, & hominem quem deus uerbū assumpit, nō corpore tantum sed & anima perfectum censendum esse docent: sicut & priscis ecclesiæ doctoribus usum est. Quoniam uero quæstio de uera & ueritate ecclesiæ turbarat, deq; illis trebraz contentiones ac disputationes mox fuerant, admodum sapienter mihi determinasse uidentur, haud esse nominibus illis statim initio deo utendum: nisi quis Sabellij opinionem retundere conetur, ne penuria nominum eundem tribus appellationibus uocare videatur, sed singulos peculiariter trisaria distinctione intelligat. Addit Socrates in histor. lib. 2. cap. 7. Non autem nouam quandam religionem, à se excogitata in ecclesiam induxerunt, sed quæ inde ab initio & ecclesiastica traditio habuit, & Christianorum sapientes euidenter demonstrarunt. Et reliqua.

Abeant ergo quo digni sunt Papæ propugnatores, qui docentie Omnia bus nobis, omnia uera pietatis & salutis plene comprehendendi & tra quæ de deo di scripturis canonice, obiciunt quo scripturæ loco coniineantur credenda uocabula trinitatis, personæ, essentiæ, substantiæ, deniq; Christum sunt, plene habere animam rationalem? Tametsi enim illa uocabula totidem cōineri in literis scripta nō legantur in canonice libris, (utpote alia quam Latina scripturæ tina lingua ab ipsis prophetis & apostolis scriptis) res tamen, quas canonice uocabula illa significant, manifestissime in his comprehenduntur atq; docentur, quas deinceps omnes & singulæ gentes sua lingua enunciare, proq; sua utilitate & necessitate pronunciare possunt. Abeant cum his & Sophistæ omnes, quibus doctum uideretur, adordandum trinitatis mysterium peregrinis, curiosis, imò & pernitosis.

DE DEO ET EIVS COGNITIONE.

intuoluere quæstionibus. Pij satis est simpliciter, & secundum sc̄pturas, symbolumq; apostolorū, credere & confiteri unam esse diuinam naturam sive essentiam, in qua sunt pater, filius, & spiritus sanctus. Neq; hic admodum solliciti sumus, sive substantias aut subsistentias aut personas nomines, modo distinctionem & cuiusque proprietates distinctè exprimas, unitatemq; sic confitearis, ut interim trinitatem non confundas, nec suis personas spolies proprietatibus.

Testimo- Verùm præstat iam ex scripturis clara proferre testimonia, quia nia adoramus trinitatis mysterium & personarum distinctionem proprietatē trinitatis euangelio evidentem demonstremus. Dicit in euangelio secundum Mat-

tis euange- thæum dominus, Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra:
līca, euntes ergo docete omnes gentes, baptisantes eos in nomen patris,
Math. 28 & filij, & spiritus sancti: docentes eos seruare omnia quæ præcepit
vobis. Ea uerba allegans Tertullianus contra Praxeam, Nouissime
mandauit, inquit, discipulis, ut tingerent in patrem, & filium, & spiritum sanctum. Non in unū:nam nec semel, sed ter ad singula no-
mina, in personas singulas, tingimur. Hæc ille. Vi autem singulæ
personæ singulariter exprimuntur, ita diuinitas omnium eadem &
communis singulariter in eo docetur, quod iubet baptisare nō tan-
tum in nomen patris, sed & filij, & spiritus sancti. Negat enim &
pernegat apostolus Paulus electionis uas: quenquam in ullius hos-
minis, qui nihil aliud quam homo est, nomine esse baptisandum, aut
ab apostolis baptisatum. An, ait, in nomine Pauli baptisati fuisti?
Deus est itaque pater, filius, & spiritus sanctus, in quorum nomina
baptisamur.

2. Cor. 1.10. Idem dominus in euangelio secundum Ioannem dicit: Cum uenerit paraclitus, quem ego mittam vobis à pare, spiritus ueritatis, is inducer uos in omnem ueritatem. Non à semetipso loqueretur, sed quæcumque audierit loquetur. Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, & annunciat vobis. Omnia quæcumque habet pater, mea sunt: propterea dixi quod de meo accipiet, & annunciat vobis. Ha-
bes in his domini uerbis personam patris à quo mittitur spiritus, personam filij qui mittit, & personam spiritus sancti qui uenit: ha-
bes item communionem diuinitatis & omnium bonorum inter se
mutuam & æqualem. Spiritus enim non à semetipso loquitur, sed
quod audierit. De meo, inquit filius, accipiet. Et iterū, Omnia quæ-
cumque habet pater, mea sunt: ergo & quæ filius habet, patris sunt:
estq; coæqualis omnium diuinitas, gloria, & maiestas.

Ioan. 3. Congruit cum his apertissimis elogij, testimonium evidentissi-
mum

num beatissimi Ioannis baptistæ, & hoc quidem duplex. Prin-
cipio, Quem misit deus, inquit, is uerba dei loquitur. Non enim ad
mensuram huic dat deus spiritum Pater diligit filium, & omnia de-
dit ei in manum. Qui credit in filium, habet uitam æternam, &c.
Iterum habes in una diuinitate tres personas distinctas proprietati-
bus. Pater enim diligit, mittitque filium, & omnia dat ei in manum.
Filius mittitur, accipit omnia, sed spiritus sanctus datur à patre, & ac-
cipitur à filio iuxta plenitudinem. Deinde clamat idem ille Baptista
& ait, Vidi spiritum descendenter specie columbæ de celo, & man-
sus super eum. Et ego non noueram eum: sed qui misit me, ut bapti-
farem aqua, is mihi dixit: Super quem uideris spiritum descenden-
tem & manentem super eum, hic est qui baptisat spiritu sancto. Et
ego uidi, & testatus sum hunc esse filium dei. Rursus demonstran-
tur nobis luce clarius tres personæ distinctæ, non cōfusæ. Est enim
qui Ioannem mittit pater. Spiritus sanctus non est pater uel filius,
sed apparet super capite Christi, sub specie columbæ. Filius autem, fi-
lius, non pater, & patris quidem filius est, cuius capitii insidet spiri-
tus sanctus. Huc iam pertinet ipsum patris cœlitus super Christum
delatum testimonium. Dicit enim, Hic est filius meus dilectus, in Matth. 3, 17
quo placata est anima mea. Non potest autem idem sibi esse pater & filius.
& filius: sed alius est pater, alius est filius: uerum non aliud, sed idem
dens, eiusdem naturæ. Filius enim alibi clarissime dicit, Ego & pa- *Ioh. 10.*
ter unus sumus.

Porrò quid clarius dici poterat pro personarum in adoranda tri-
nitate expressa distinctione proprietate, quam quod archangelus
Gabriel apud S. Lucam dominicæ incarnationis sacramentum ex-*Luce 1.*
planans, manifestè uirgini deiparæ dicit, Spiritus sanctus superue-
net in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Quapropter & quod
nascetur sanctum, uocabitur filius dei. His quid obsecro poterat uel
fingi manifestius & evidentius? Habes altissimi personæ, nimirum
patris. Nam præcessit in uerbis angeli, Is erit magnus, & filius al-
tissimi uocabitur. Est autem filius patris filius. Habemus & filij & san-
cti spiritus expressas personas, cum suis proprietatis, nec immi-
xtas nec confusas. Pater non incarnatur nec spiritus sanctus, sed fi-
lius. Patri nascitur è uirgine filius, is qui erat æterna & ineffabili ge-
neratione filius. Spiritus sanctus autem, qui est uirtus altissimi, ob-
umbrat uirginem, redditque fœcundam. Ita uero distinctas non die-
nas uidere licet personas, proprietatis, non essentia diuinitatis
uel natura distantes.

Subiçiam alia quoq[ue] (quamuis haec abunde satisfacere poterat) Apostolica

DE DEO ET EIVS COGNITIONE.

de trinitate sanctorum apostolorum testimonia, & trium quidem in toto choro
te testimo= preclarissimorum. Beatus Petrus coram ecclesia Israelis predican-
ria.

Acto. 2. uerbum euangeliū, sicuti testatur Lucas in Actis, inter alia dicit, Ie-
sum hunc excitauit deus, exaltauitq; ad dexteram, ac promission
spiritus sancti accepta a patre, effudit hoc quod uos iam cernitis &
auditis. En deus pater excitat filium & exaltat. Filius excitatur &
exaltatur: sedet ad dexteram patris. Ab hoc filius accepto spiritu san-
cto donat hunc apostolis. Spiritus ergo prodit a patre & filio, in
propria subsistens persona, sed unus amborum spiritus. Porro in

Acto. 10. Sermone habito Cæsareæ in ecclesia gentium, hoc est in domo fa-
miliaç Cornelij centurionis, idem apostolus non minus obscure
patris filij & spiritus sancti personam exprimit, ac trinitatem in una
diuinæ naturæ essentiam connectit.

Rom. 1. Sanctus Paulus apostolus in principio epistolæ ad Romanos di-
cit se ordinatum ad prædicandum euangelium dei, quod promis-
rit per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui sit geni-
tus ex semine David, secundum carnem, declaratus autem dei filius

Galat. 4. per potentiam & spiritu sanctificantem. Idem in epistola ad Galat-
as, Deus, inquit, misit filium suum, factum ex muliere: ut adoprio-
ne ius filiorum acciperemus. Quoniam autem filii estis, emisit deus
spiritum filij sui in corda nostra clamantem, Abba pater. Et iterum
Tit. 3. ad Titum, Deus secundum suam misericordiam, inquit, saluos nos-
fecit per Iauacrum regenerationis ac renovationis spiritus sancti,
quem effudit in nos opulentè per Iesum Christum seruatorem no-
strum. Verisime ergo de S. Paulo loquens beatus Cyrillus libro in
Ioan. 9, cap. 45. scribit, Cognovit rectissime diuinus ille vir sanctæ
trinitatis enumerationem: ac ideo singulas personas proprie atque
distincte subsistere docet: & tamen incommutabilem identitatē tri-
nitatis aperte prædicat. Testimonia eius rei si quis omnia colligere
enumeraretq; uellet, omnes Pauli epistolas haud dubie recitaret.

a. Ioan. 2. Beatus Ioannes apostolus & euangelista mysterium trinitatis
& distinctionem personarum præ cæteris fortissime & euidentissi-
me asserens proponit: cum in euangelica historia, tum in sua epi-
stola, Unum ex multis proferam testimonium. In canonica sua di-
cit: Quis est mendax, nisi is qui negat Iesum esse Christum? Hic est
antichristus, qui negat patrem & filium. Quisquis negat filium, is
ne patrem quidem habet. Vos igitur quod audistis ab initio, in uo-
bis permaneat. Et mox, Non necesse habetis ut quisquam doceat uos:
sed sicut ipsa uinctio docet uos de omnibus, & uerax est, & nō men-
daciū. Audis in his patrem, audis filium, audis uincionem, id est,
spiritum

spiritum sanctum. Pater non est filius, nec hic pater, nec spiritus sanctus pater uel filius: sed pater filij pater est, & filius patris filius, unitio autem proficiscitur ab utroq. Sunt autem illæ personæ sic coniunctæ & unitæ, ut qui unam ex eis neger, nullas habeat. Imo quisquis negat hanc trinitatem, antichristus esse pronunciatur. Deum enim, qui unus est in trinitate, & trinus in unitate, negat, adeoq; proprietates dei confundens aut auferens, ipsum deum talem qualis est negat.

Hæc autem testimonia & multiplicia & clarissima arbitror satis. Similitudinibus adūquirunt maiestatem, his solis contenti quibus bonitati dei uisum est bratur trilucescere hominibus. Sunt qui hanc rem, quomodo uidelicet tres personæ distinctæ dicantur, & sint tamen unus deus, parabolis uel sterium. similibus quibusdam adumbrare contendant. Verum nihil est in rebus creatis (quod & ab initio huius negotij admonui) quod propriè dici possit simile diuinæ naturæ: nec ullæ sunt hominum uoces, quibus proprie loquamur de ea. Nec ullæ sunt humanæ mentis imagines, quæ ad amissim diuinæ congruant essentiae. Et S. Ba filius differens de Ufia & hypostasi dicit, Fieri nequit ut exemplorum collationes per omnia ad ea quadrent, quorum usui exempla seruiunt. Iniuriarum fere' adorandæ maiestati dicas fieri, si conferatur cum rebus humanis. Sed quoniam infirmitati nostræ scriptura sancta non parum condescendit, dabo simile, quamuis multum dissimile, quod uulgo profertur. Contemplate solem, & ab hoc manantes radios, tum ex utroq; profectum calorem. Ut sol est fons lumen & calor: ita pater fons est filij, qui est lumen de lumine. Et ut à sole simul & radijs manat calor, ita à patre & filio procedit spiritus sanctus. Iam uero imaginare solem, qui nunquā cōperit esse, nec esse desiturus sit, nonne ab hoc sempiterno sempiterni nascentur radios, & utring proficisciatur calor & quæ sempiternus, deniq; an non unus essentia uel substantia sol cernatur, trinus autem idem ille propter tres subsistencias uel personas? Usus est parabola hac solis Ter-tullianus, cuius uerba quæ & alia continent similia non pigebit recitare. Non dubitauerim, ait, filii dicere & radicis fruticem, & fontis fluuium, & solis radius: quia omnis origo parens est, & omne quod ex origine profertur, progenies est: multò magis sermo dei, qui etiam proprio nomen filij accepit: nec frutex tamē à radice, nec fluuius à fonte, nec radius à sole discernitur (separatur) sicut nec à deo sermo. Igitur secundum horum exemplorum formā, profiteor me duos dicere, deum & sermonem eius, patrem & filium ipsius.

DE DEO ET EIUS COGNITIONE.

Nam & radix & frutex duæ res sunt, sed coniunctæ. Et fons & flu-
men duæ species sunt, sed indiuisæ. Et sol & radius duæ formæ
sunt, sed cohaerentes. Omne quod prodit ex aliquo, secundum sit
eius necesse est de quo prodit, non ideo tamen est separatum. Se-
cundus autem ubi est duo sunt, & tertius ubi est tres sunt. Tertius
enim est spiritus à Deo & filio, sicut tertius ex radice fructus ex fru-
tice: & tertius à fonte riuus ex flumine: & tertius à sole apex (uel
calor) ex radio: nihil tamen à matrice alienatur, à qua proprietates
suas dicit. Ita trinitas per cōsertos & connexos gradus à parte de-
currens, & monarchiae nihil obstrepit & oīnoquās statum (id est, di-
spensationis mysterium) protegit. Hac me regulam professum, qua
inseparatos ab alterutro patrem & filium & spiritum testor, tene u-
bique, & ita quid quomodo dicatur agnoscet. Et reliqua. Hęc enim
omnia Tertulliani sunt: qui non ita multo ab apostolorum saeculo
floruit in Aphrica.

Certiudo
doctrinae
de trinitate
re.

Vérum omnis idolis humanis siue parabolis aut similitudini-
bus, credamus firmiter claro Dei uerbo. Quod non assequitur hu-
mana ratio, tenet fides. Quod tradunt sacra literæ, quod in carne
docuit Christus, quod tot miraculis confirmatum est, quod per or-
thodoxam ecclesiam docet spiritus Dei, id mulo certius habendum
quam quod mille demonstrationibus probatum sit, aut quod omni-
bus sensibus percipere possit. Paulus negat se angelū auditurum,
si quid diuersum ab euangelio Christi adferret. Quin potius arro-
gantis stultitiae est, dubitare de his quae nobis in scripturis & tanta
quidem cū autoritate tradita sunt. Maior insania est, nolle diuinis
credere oraculis, non alia cauſa, nisi quod noster intellectus nō om-
nia assequatur, quem tamen scimus ex ingenio & obtenebratum
esse & odisse deum. Apud philosophos impudens habetur, si quis
reijciat autoritatem scriptoris alicuius præclari atq; probati. Pytha-
goricis certè ad persuasionem satis erat aūrē ipa, Ipse dixit. Et Chris-
tianus tergiuersari & quæſiones curiosas necesse & implicare au-
det, cum audit, Deus hoc dixit & ita credere docuit. De regis diplo-
mate nemo dubitat, si modo sigillum agnoscat: quanta ergo te-
meritas est de diuinis addubitatæ testimonij, quae iam clara & spi-
ritu dei firmissime obſignata sunt?

Sūma crea-
dendorum stræ expositionis præcipuum est, beati patris Cyrilii uerba C.V. come-
de trinitate memorabo, quæ leguntur lib. in Ioan. 9. cap. 30, in hac uerba, Re-
ta fides in deum patrem est, & in filium, non simpliciter, sed incar-
natum, & in spiritum sanctum. Sancta enim consubstantialis tri-
nitatis

nitas nominum differentijs, id est, personarum proprietatibus, distinguitur. Pater enim pater est, & non filius: filius quoq; filius est, & non pater: & spiritus sanctus, spiritus sanctus est patris atq; filij proprius. Eadem enim substantia deitatis est: quare non tres, sed unus deum prædicamus. Oportet igitur in deum nos credere: sed distincte latiusq; fidem exponentes, ut unicuiq; personæ eandē glorificationem referamus. Nulla enim fidei differentia est. Non enim maior debet esse in patrem, quam in filium aut in spiritum sanctum, sed una & eadem ratio eius & modus est, in tribus æquali mensura personis consistens: ut etiam hoc pacto unitatem naturæ in trinitate fateamur. Hæc firmiter in animis nostris splendere fides debet, que in patrem & in filium est, & in filium dico etiam posteaquam factus homo, & in spiritum sanctum. Tantum ille. Hæc omnia plenioribus firmabuntur testimonijs, ubi uerum fuerit ad assertionem diuinitatis filij dei & spiritus sancti. Id quod suo loco reseruamus.

Nemo autem existimabit hæc unitatis & trinitatis dei fidem uel à patribus ecclesiarumq; episcopis esse inuentā, uel Christi demum seculo ab apostolis primum prædicatam. Ad eum enim modum, patriarchas & prophetas & omnes electi dei. Quamuis non negem mysterium trinitatis per Christum mundo clarius esse expositionem. Certe patriarchis & prophetis cognitissimum fuisse trinitatis mysterium in clarescat ex testimonijs aliquot minimè dubijs, quæ mox subiiciemus: ubi illud prius admonuerimus sanctos dei patriarchas & prophetas simplici revelatione & uerbo dei acqueuisse, & ideo nullas de Unitate & trinitate dei quæstiones curiosas contexisse. Clare intellexerunt unum esse deum patrem omnium, saluatorem unicum, & omnium bonorum authorem, nec alium esse extra uel præter hunc deum. Illi ipsi clarissime perspexerunt dei filium, semen illud promissum, omnia cum parte communia habere: manifestissime enim saluatorem dici, & redemptorem esse, à quo proficiscantur & conferantur omnia bona creditibus audierunt: unde iam nullo negotio potuerunt colligere patrem & filium unum esse deum, licet distent proprietatibus. Quia enim satis certi erant doctrinam de pluralitate deorum damnatissimam ex diabolo pullulasse, coluerunt illi non plures, sed unum deum, quem tamen crediderunt esse trinum. Moses enim eximus dei seruus mox ab initio Gene. 1. libri sui primi dicit: In principio creauit dñs cœlum & terram. Coniungit autem uerbo singularis numeri Creauit, nomē plurale Dij: non ut solem ipsum committat, sed ut mysterium trinitatis denotet.

DE DEO ET HIVE COGNITIONE.

Sensus enim est, Deus ille trinus, creavit cœlum & terrā. Nam pa-
lo post secum consultans deus de producendo uel condendo homi-
ne, dicit, Faciamus hominē in imagine nostra. Et faciamus, ait, non
faciam. Et, In imagine nostra, non mea. Verū ne quis arbitretur
consultationem cum angelis esse factam, audiat ipsum deum apud
Isaiam dicentem: Ego dominus faciens omnia, extendens cœlum
solus à me (id est ex mea uirtute absq; adminiculo aut socio) firmas
terram. Ergo cum filio consultauit pater, per quem & sœcula con-
didi. Rursus ne quis existimet, quod Iudei obtendunt, numero plu-
ratiuo ista de deo honoris gratia ad morem humanum dici, audias
licet quod mox in fine cap. 3. sequitur, Ecce Adam ille factus est si-
c ut unus ex nobis, ut sciat bonum & malum. Posuit autem factus
est per enallagen, pro fier aut euenerit: ut sit sensitia, Ecce hoc ipsum
euenerit Adamo, quod uni ex nobis, nempe filio: nimirum ut expe-
riatur bonum & malum, id est, fortunā uariam, morbos uidelicet,
calamitates & mortem, suauia (ut dici solet) & amara. Hæc est enim
fors hominis. At filius incarnatus pro nobis, non pater, non spiri-
tus sanctus, in similitudine ut homo repertus, & uariam fortunam
etiam mortis experitus est. Id quod Adamo consolationis (non illu-
sionis) gratia dictum claret, Sicut enim corpus protoplastorum ue-
stimento contra iniuriam cœli muniuerat bonus dominus, qui pec-
catorem in exilium ejercere statuerat: ita animū mortuum solatur con-
solationis plenissimo incarnandi passionis & exemplo. Sic autem
corpore & anima instructos demum ejicit ex horro felicitatis in ca-
lamitofissimum exilium. Huius generis testimonia ubiq; plurima
occurunt. Nam Abraham tres uidit, sed cum tribus uelut cum uno
Gene. 18. colloquitur, & unum adorat. Et, Pluit dominus super Sodomam &
Gene. 19. Gomorram sulphure & igni à domino de cœlis, & subuertit ciui-
tates illas. Cæterum ne quis interpretaretur, Pluit dominus à do-
mino, id est à cœlo, ipse subiungit mox, De cœlis. Ut enim pater per
filium omnia condidit: ita per eundem conseruat omnia: per euno-
dem operatur adhuc. Post Mosen uero prophetarum celeberrimus
Psal. 34. Dauid in Psalmis: Verbo domini, ait, cœli facti sunt, & spiritu oris
eius omnis exercitus eorum. Audis autem unum esse dominum, in
quo interim uerbum est & spiritus, utraq; distincta, licet non sepa-
rata. Dominus enim cœlos facit, sed per uerbum: cæterū omnis cœ-
Psal. 110. lorū ornatus constat spiritu oris domini. Idem Dauid canit: Dixit
dominus domino meo, sede à dextris meis: donec ponam inimicos
tuos scabellum pedum tuorum. Alibi uero idem hic Dauid fateatur
discretè præter dominum non esse alium. Hic interim non minus
clarus

clarè canit, Dixit dominus dominò meo, patrem utiq̄ intelligens,
qui filium Dauidis dominum collocarit ad dexterā in cœlestibus.
Ex Isaia colligi possunt plurima testimonia. Excellē uero illud est,
quod citauit Matthæus apostolus hisce uerbis: Ecce filius meus *Isaiae 42.*
quem elegi, dilectus meus, in quo placata est anima mea: ponā spi- *Matth. 12.*
ritum meum super illum, &c. Cum hoc congruit quod & Lucas ci-
tauit: Spiritus domini super me, eo quod unxit me, ad euangelisan- *Isaiae 61.*
dum pauperibus misit me, &c. Habes in his testimonijs patrem, fi- *Lucæ 4.*
lium, & spiritum sanctum, Hæc pauca ex multis. Nec enim affecta
mus uniuersas scripturas ueteris Testamenti euoluere.

Hanc ergo fidem qua credimus in deum patrem, filium, & spiri- *Mysterium*
tum sanctum, accepimus ab ipso deo, tradiū nobis per patriarchas *trinitatis*
& prophetas, omnium clarissimē uero declaratam per ipsum dei fi- *nō esse uen-*
lium, dominum nostrum Iesum Christum, & sanctos eius aposto- *tilandū di-*
los: unde iam nullo negotio colligimus, cur omnes ecclesiarii syn- *sputationi-*
ceriores antistites, uel ministri totaq̄ Christi ecclesia hanc fidem tan- *bus curio-*
to coluerint defendenter cōsensu, inde ab apostolorum morte. Im- *sis.*
piissimū certè fuisse, hac catholica & orthodoxa fidei forma relictā,
elgere & sequi nouam. Extant etiam hodie multorū ecclesiastico-
rum scriptorum piissimi & doctissimi libri, quibus orthodoxa hanc
catholicamq̄ fidem ex scripturis sanctis, & declararunt & defende-
runt contra impios hæreticos. Extant etiā uaria, sed omnia eiusdem ge-
neris, *Symbolū* Symbola fidei, in multis ædita episcoporum synodis. Extat,
discitur & recitat hodie ab uniuersali ecclesia, & singulis eius
membris doctis & idiotis, omnisq̄ sexus & ætatis hominibus sym-
bolum, quod apostolorum dicitur: quo nihil aliud quam quod ha-
stenus declarauiimus profitemur, nos uidelicet credere in unum
deum, nempe in patrem, filium, & spiritum sanctum. Cumq̄ tanta
semper fuerit ab ipso mundi exordio omnium sanctorum in fide
ista uera consensio, piissime ab antiquis principibus regibusq̄ cau-
tum est, ne quis porro audeat fidē hanc de sancta dei unitate & tri-
nitate, uel in dubium ueriere, uel curiosis quæstionibus disputatio-
nibusq̄ inuoluere. Configebatur olim in populo Israëlitico, quis *Exodi 19.*
quis limitem præfixum fuisse prætergressus. Sunt & nobis præscri-
pti circa cognitionem dei termini, quos præterisse nocet, imo quod
præsentissima morte punitur.

Faxit dominus, ut ipsum, qualis est, deum summum, optimum,
maximum, cognoscamus uerē, & colamus religiosē. Hactenus e-
nim de modis & formis cognoscendi deum, qui substantia unus,
personis tamen est, differimus, qua potuimus simplicitate, synce-

DE CREATIONE MUNDI.

ritate ac breuitate, Agnoscamus interim & fatemur liberè, nihil ha-
ctenus & istis quidem omnibus tanta dignum maiestate esse prola-
tum. Maior est enim deus æternus optimus maximus, omni maie-
state, omni eloquentia omnium hominum, tantum abest, ut existi-
mem mea infanta hic præstissime tantillum. Quinimò supplex
dominum clementissimum oro, quo nobis omnibus, pro sua misé-
ricordia & liberalitate, intellectum mēris nostræ illuminet se digna-
cognitione, per Christum dominum nostrum.

Deum esse creatorem omnium, omniaq; sua gubernare pro-
videntia: ubi & de bona dei erga nos uoluntate, ac prædestina-
tione differitur.

S E R M O I I I I .

RE S T A T, fratres, ut his quæ de deo protulimus, iam
coronidis uice quædam non admodum prolixa de ea
dei Creatione subiijciamus hodierno sermone, qua ip-
se conditor omnium, omnia ad utilitatem hominum, salu-
berrime condidit, cū uisibilia tum inuisibilia, eademq; nunc ut sem-
per gubernat uel moderatur sapientissime. Inde enim non medio-
cris dei cognitio nobis obringet, & illustrabuntur multa, quæ in su-
periore tractatione parcus delibauiimus. In indaganda consideran-
da excolendaq; creatione uniuersi, parvumq; eius laborauit omnis
externorum domesticorumq; sapientum diligentia, & laborat ad-
huc laborabitq; donec hic mundus durauerit. Quis enim hucusq;
uel sapientissimus perittissimusq; uel diligentissimus scriptor natu-
ralis historiz, non plurima posteris elaboranda reliquit? Quis uel
hodie, licet utatur doctissimorum scriptorū opera industriaq;, non
cogitetur adhuc plura & maiora mirari, quam uel isti sint asequuntur.
uel ipse asequatur? Vult sapientissimus dominus perpetuū ho-
mines ingeniosos donisq; cœlestibus locupletatos occupari, exer-
ceri q; in indagandis preferendisq; creationis & naturæ arcans.
Cæterum nos simpliciter comprehendimus fide cōdita esse sœcula
ex nihilo nullaq; præiacente materia, per uerbum dei à deo, subsi-
stereq; in uirtute spiritus diuini. Sic enim crediderunt & docuerunt

Psal. 34. David rex, & Paulus doctor gentium.

Heb. 11.

Tamen si uero uniuersi ratio, & creationis modus paucis nec com-
prehendi, nec proponi queat, conabor tamen quædam proferre in
medium, ex quibus utrumq; rerum summa diligenter cōtemplanti
elucescat. Ac malo hic alienis uerbis, quam meis, maxime cum
existim.

existimem hoc negotiū uix uinidius exponi, quam enarrari
 Tertullianus in libro de Trinitate huiusmodi uerbis, Deus cœlum *Historie*
 alta sublimitate suspendit, terram deiecta mole solidauit, maria so- *Creationis*
 luto liquore diffudit, & hæc omnia proprijs & cōdignis instrumen brevibus
 tis & ornata & plena digestit. Nam & in solidamento (firmamen comprehen-
 to) cœli luciferos solis orcus excitauit, lunæ candentis globum ad sa.
 solarium noctis monstruis incrementis orbis impleuit, astrorum e- *Cœlum et*
 tiā radios uarijs fulgoribus micantis lucis (noctem) accedit: & sydera.
 hæc omnia legitimis meatibus circumire totum mundi ambitum
 uoluit: humano generi dies, menses, annos, signa, tempora, utilita-
 tesq; factura. In terris quoq; altissimos montes in uerticem fusi *Terra*,
 lit, ualles in ima deiecit, campos equaliter struit, animalium greges
 ad uarias hominum seruitutes utiliter instituit, Syluarum quoq; ro-
 bora humanis usibus profutura solidauit, fruges in cibum elicuit,
 fontium ora reseruauit, & lapsuris fluminibus infudit. Post quæ
 ne non etiam ipsis quoq; delicijs procurasset oculorum, uarijs flo-
 rum coloribus ad uoluptatem spectantium cuncta uestiuit. In ipso
 Quoq; mari, quamuis esset & magnitudine & uilitate mirabile, mul *Mare*,
 timoda animalia, nunc mediocris, nunc uasti corporis finxit, inge-
 nium artificis de institutionis uarietate testantia. Quibus non con-
 tentus, ne forte fremitis & cursus aquarum cum dispendio possel-
 soris humani, alienum occuparet elementum, fines litoribus inclu-
 sit, quo cum fremens fluctus, & ex alto sinu spumans unda uenisse
 sei, rursus in se rediret, nec terminos cōcessos excederet, seruans iu-
 ra præscripta, ut diuinæ leges tanto magis homo custodiret, quan-
 to illas etiam elementa seruassent. Post quæ hominem quoq; mūdo *Homo*,
 præposuit, & quidem ad imaginem Dei factum: cui mentem &
 rationem indidit & prudentiam, ut deum posset imitari: cuius eiſi
 corporis terrena primordia, cœlestis tamē & diuini halitus inspi-
 rata substantia. Quæ cum omnia illi in seruirutem dedisset, solum li-
 berum esse uoluit. Et ne in periculū caderet rursus soluta libertas,
 mandarum posuit, quo tamē non inesse malum in fructu arboris
 dicerebatur, sed futurum, si forte in uoluntate hominis de contemptu
 datæ legis admonerebatur. Nam & liber esse debuerat, ne incōgruen-
 ter dei imago seruiret: & lex addenda, ne usq; ad contemptum dan-
 tis, libertas effrenata prorumperet: ut & præmia condigna & meri-
 ta penarum consequenter exciperet, suum iam habens illud, quod
 motu mentis in alterutram partem agitare uoluisset: ex quo morta-
 litatis inuidia utiq; in ipsum redit, qui cum illâ de obedientia posset
 euadere, in eandem incurrit, cum ex consilio peruerso deus esse fe-

DE CREATIONE MUNDI

Angeli. finat, &c. Idem addit super solidamentum partibus, quæ hodie nō sunt nostris contemplabiles oculis, angelos prius institutos, spiritus tuales uirtutes digestas, thronos potestatesq; præfectas, & alia multa celorum spacia immensa, & sacramentorum infinita opera esse condita, &c. Hæc ille. Quorum quidem omnium summa hæc est, deus ex nihilo, potentia sua, cœlum condidit, mare, & terram, quæ mox ornauit, ditauitq; omnium bonorum genere. In mundum autem hunc qui merito appellationem accepit ab ornatu, ceu in magnificientissimum palatium, omni suppellectile splendidissima in-

David cele strūctum, induxit hominem, cui & omnia subiecit. Id quod David, brat, crea- multa cum admiratione celebrans canit: Domine dominus noster, tionis bene quām admirabile est nomen tuum in uniuersa terra! Quoniam ele-

ficiūm. uata est magnificentia tua super cœlos. Ex ore infantium & lacten- tium perfecisti laudē, propter inimicos tuos, ut destruas inimicum & ultorem. Evidem suspiciam cœlos tuos, opus digitorum tuorū, lunam & stellas quæ tu præparasti. Quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, ut rationem eius habeas? Minuisti eum, paulo minus ab angelis (uel à deo) gloria et honore coronasti eum, & constitueristi eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oves & boues, insuper & pecora campi, uolucres cœli, & pisces maris, qui perambulant seminas maris. Domine do- minus noster, quām admirabile est nomen tuum in uniuersa terra!

Psal. 89. Psalmo 8. Idem alibi canit: Tui sunt cœli, ô deus, & tua est terra, or- bem & plenitudinem eius tu fundasti ea. Tibi dies, tibi etiam nox, tu ordinasti luminaria & solem: tu stanisti omnes terminos terræ, æstatem & hyemem tu formasti ea. Quis autem tam stupidus, qui non ex his nullo negotio colligat, quantus sit deus noster, quanta uirtus dei, quām bonus, diues, & munificus in hominem, nihil tale meritum, deus, qui tantas opes, exquisitissimasq; delicias, & ornauit, nunquam satis laudandum, propter hominem condidit, & ea omnia quæ condidit homini subdidit, seruireq; uoluit?

*Deus cu- Porro in creatione mundi consideranda uenit & uniuersi per-
cta guber- gundem deum conseruatio & gubernatio. Neq; enim mundus suu-
nat.* nitate subsistit aut permanet, neq; suo arbitrio uel temerè mouen- tur & agunt, quæcunq; mouentur & agunt. Dominus enim in euangeliō dicit: Pater meus ad hoc usq; temporis operatur, & ego ope- ror. Nam & Paulus: Deus per filium, inquit, etiam saecula condidit, moderaturq; & portat omnia uerbo potentiae suæ. Item, Per deum uiuimus, mouemur & sumus. Et rursus, Deus non expertem testi- monij se habet, natus sinebat, dum beneficia conferreret, de cœlo nobis

Ioan. 5. *Heb. 2.* *Acto. 17.* *Acto. 14.* dans.

Dans pluuias & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda nostra. Et Theodoreus de Prouidentia: Longe absurdissimum, in-
quit, est dicere, deum creasse omnia, eorum autem quæ fecit nullam dei.
habere curam, & creaturam ueluti cymbā aliquam & clavo & gu-
bernatore destitutam à contrarijs uentis huc & illuc impelli, scopu-
listis & rupibus allisam confingi. Proinde hoc loco commemo-
randa uenit diuina gubernatio & prouidentia: quam cum Epicu-
reis negant etiam hodie omnes impij, dicentes in animis suis, An
curaret res terrestres qui celos inhabitat? An obseruaret dicta & fa-
cta nostra minutissima omnipotens? Conulit ille omnibus crea-
tis suum ingenium & suam naturam, relinquens modo in manu
consilij sui, ut pro suo ingenio moueantur, crescant, pereant, breui-
ter agant quod libet. Nescit haec deus, neq; admodum de his est so-
licitus. Sic impij quidem impiæ ratione inanctantur: scriptura autem diser-
te & multis pronunciat imo demonstrat, deum prouidentia sua cu-
rare res mortalium, omniumq; propter hominem conditarum re-
rum. Ac utilissimum imo necessarium fuerit aliquot proferre super
his ex uerbo dei testimonia.

Dauid in sacris carminibus, Regnabit, ait, dominus in eternum: *Psal. 45.*
& regnum eius, regnum omnium sæculorum est, & dominatio eius
in generatione & generatione. En regnum dei, inquit, regnum est
omnium sæculorum, & dominatio eius in sempiternas genera-
tiones. Proinde mundum & omnia quæ in mundo sunt, non tantum
creavit deus, sed moderatur & cōseruat adhuc, gubernabitq; ac con-
seruabit in finē usq;. Nam idem rex & uates Dauid prouidentiam
dei circa hominem celebrans canit: Tu domine cognouisti siue se, *Psal. 139.*
deam siue surgam: omnes vias meas exploratas habes. Quia non
est uerbum in lingua mea, quod non uniuersum noueris domine.
A tergo & à fronte formasti me, & posuisti super me manū tuam.
Et quæ sequuntur in Psalmo 138, qui toto huc pertinet. Congruit
cum doctrina Dauidis, testimonium Solomonis dicentis: Cor regis *Pro. 21.*
in manu dei est sicut fluctus aquarum, quorsum uolvi inclinabit,
sua cuiq; via placet, dominus uero corda impellit. Nam & in euau-
geliō dixit dominus: Nonne duo pasterculi minuto aſſe uaneunt: *Matth. 10.*
& unus ex illis nō cadet super terram sine patre nostro? Vesti uero
eiām pili capitis omnes numerati sunt.

Sunt præterea alia in scripturis de diuina prouidentia testimonia
evidentia. Daniel sapientissimus Orientis, & propheta dei excellen-
tissimus: Domini est sapientia, inquit, & fortitudo: ipse est qui mutat
tempora, & quæ fiunt in tempore; abiicit reges & instituit reges; dat

DE PROVIDENTIA DEI.

sapientiam sapientibus, & scientiam ijs qui pollut intelligētia: ipse
reuelat profunda & abscondita: nouit quid sit in tenebris, & habi-

Psal. 88. tat lux cum eo. Porro Ethan Ezrahitā canit: Tu domine, domina-
ris mari procelloso: cum attollit fluctus suos, tu compescis eos. Tu
brachium habes omnipotētia præditum, roboras manū tuam,
attollis dexteram tuam. Iustitia & æquitate stabilitum est regale fo-
Psal. 104. lium tuum, bonitas & fides antecedunt faciem tuam. David uero,

De fructu operum tuorum, ait, ô deus, saturabitur terra. Et produc-
cit sēnum pecori, & herbam ad usum hominis, & panem qui con-
firmet cor hominis, unum autem ut exhilareret. Et mox in eodem Psal-
mo: Vniuersa ex te pendent, ut des eis cibū suum suo tempore: reip-
dante colligunt, & te manū aperiente satiantur bonis: Si autem
abscondas faciem tuam, turbātur: sicq; spiritū eis eripias expirant,

Psal. 145. & redeunt in suum puluerem. Item, Sustentat dominus omnes ca-
dentes: & erigit omnes collapsos. Dominus soluit compeditos: do-

Psal. 146. minus illuminat cæcos. Dominus custodit aduenas, orphanum &
Psal. 147. uidiuam subleuabit, & uiam impiorum exterminabit. Magnus do-

minus noster, & magna uirtus eius, & intelligentia eius non est nu-
merus. Hic numerat stellas, & omnes suis uocat nominibus. Ipse o-
perit cœlum nubibus, & parat terræ pluuiam. Dat iumento opabu-
lum suum, & pullis coruorum crocitantibus. Dat niuem sicut lanā,
pruinam sicut cinerem spargit. Projicit glaciē suam sicut buccellas,
ante faciem frigoris eius quis sustinebit. Mittere uerbum suum & lis-

Psal. 135. quefaciet ea, habit spiritu suo & stillabunt aquæ. Et iterum: Scio
quod magnus est dominus, & antecellit omnes deos. Qui fecit ques-
cunq; uoluit in celo & in terra, in mari & omnibus abyssis. Qui
eleuauit nubes ab extremitate terræ, & fulgura conuertit in pluuiam.
Qui producit uentos de thesauris suis. Recitatur huius generis:
plurima in libro Iob cap. 38. & 39. ac passim in Psalmis librisq; san-
ctorum prophetarum: uerum sufficiunt hæc quæ hactenus recita-
uimus testimonia, abunde satis testificantia, deum prouidentia sua
gubernare hunc mundum, & omnia quæ sunt in mundo, hominē
in primis ipsum mundi possessorem, properū quem condita sunt:
omnia.

Cōtra genitilium. Nihil hic tribuimus fato, uel Stoico, uel astrologico, neq; quic-
cum nobis negotij est cum erlinica illa bona uel mala fortuna. Ab-
horremus in uniuersum à philosophicis in hac causa disputatio-
nibus, à scripturarum propheticarum apostolicarumq; ueritate alie-
nis. In solo uerbo dei acquiescimus, ideoq; simpliciter & credimus
& docemus, deum omnia sua prouidentia gubernare, idq; pro bona
sua

sua uoluntate, iudicio iusto, ordineq; pulcherrimo, per media iustissima equissimamq; qua si quis aspernatur & solū iactitet prouidentiae vocabulum, fieri non potest ut recte intelligat prouidentiae negotium. Obstrepunt, Quandoquidē dei prouidenia gerūtur in mundo omnia, non est quod nos interponamus nostram industriam: licet otiosis stertere: suis fuerit tantum dei expectare impulsus. Si enim indiguerit nostra opera, uel nolentes adiget ad opus quod per nos fieri uoleat. Cæterū sancti in scripturis proponuntur nobis longe sincerius & sentire & loqui, iudicareq; de prouidentia. Angelus dicit disertis ad Lothum uerbis: Fesina in Zoar, & illuc seruare: nego enim facere possum quicquam, donec tu illuc uenias. En providentia non nesciat, & illuc seruare: gligunt. Gene. 19.

In ipso tamen opere conseruationis requiritur labor Lothi, & spontaneus quidē ille, Imō, Non possum facere quicquam, ait dominus, donec tu uenias Zoar. Dauid propheta & rex, clare dicit: Ego in te sperauī dñe, dixi deus meus es tu: in manu tua Psal. 31.

Sunt tempora mea, Id ēramen ille qui se totū in diuinā cōiecerat prouidentiam, sedulo deliberauit quomodo sua diligētia & industria eludat, subterfugiaturq; Saulis socii sui insidias. Nec aspernatur autem xilium & artes Michol dilecte cōiugis. Non regerit dicens, Omnia aguntur dei prouidentia, artibus ergo nullis opus erit. Poterit me cripere ex militum patris nostri manibus, qui omnipotens est, aut alio modo seruare miraculo: quiescamus nos, & sinamus deum operari in nobis. Intellexit autem prouidentiam, ut per media certe ordine procedere, ita sui esse offici, in timore dei se medijs applicare, omnemq; mouere lapidem. Audit S. Paulus sibi manifeste dici à domino: Sicut Hierosolymis de me testificatus es, ita oportebit te & Romæ testificari. Et quanquam nihil de ueritate promissionum dei addubitaret, nec ignoraret diuinæ prouidentiæ uirtutem, nihilominus nepotem ex fratre sua nunciantem, Iudeos conspiisse in Pāuli necem, clanculum dimittit ad Tribunum, petiū, ne producatur ad postulationem Iudeorum. Nec difficilem se præbet militibus Romanis, deduentibus ipsum Antipatrida, inde uero comitauitibus ipsum equitibus Cæsaream usq;. Idem rursus nauigans in mari Adriatico, & uicinus periculosisimo naufragio, percussis in naui alijs comilitonibus, dicit: Horror uos ut bono animo sitis: lactura enim animæ nulla erit ex uobis, sed tantum nauis. Assitit enim mihi hac nocte angelus dei, cuius sum ego, quem & colo, dicens: Ne timeas Paule, Cæsari te oportet fisti. Et ecce donauit tibi deus omnes qui nauigat tecum. Propter quod bono animo esto:

DE PROVIDENTIA DEI.

miri. Credo enim deo, quod sic erit quemadmodum dictum est mihi. Cæterum paulò post nauis è naui fugere quæcubus, dixit idem Paulus Centurioni & militibus: Nisi hi in naui manserint, uos salvi fieri non potestis. Pertinent itaq & media per quæ operatur deus ad prouidentiam: unde minime sunt negligenda. Sunt sanè ex diuina gubernatione uel prouidentia diuina omnis generis impreffiones, ignæ, aereæ, & aqueæ. Dei enim uirtute, non sua ipsius, nec temere sœundat terram æther, fluunt aquæ & restuant, terra fructus suos profert. Et quanquam sancti nihil hic fieri existiment propter sua merita, dicente apud Matthæū salvatore: Pluit pater suus per iustos & iniustos: nunquam tamen obliuiscuntur uerborum prophetarum dicentis: Si uolueritis & audieritis, bona terræ comedetis. Si uero contumaces fueritis, gladio deuorabitimi. Quoniam os domini loquutum est. Propheta enim ille magnus Moses prior dixit: Si diligenter audieris uocem domini dei tui, ut facias & custodias mandata eius, uenient super te omnes benedictiones. Benedictus eris in ciuitate: benedictus eris in agro. Benedictus erit fructus uenoris tui, benedictus erit & fructus terre. Aperiet tibi dominus ipsum cœlum, ut dei pluuiam terræ tuæ tempore suo. Quod si uocem domini dei tui non audieris, ut custodias atque facias, uenient super te omnes maledictiones. Maledictus eris in urbe, maledictus eris in agro; & cœli super caput tuum erunt ærei: ac plagis multis percutiet te dominus, &c. Ac historiæ testantur illa dei populo cuncta sic esse, certè non sine dei prouidentia. Successus omnis dei beneficiorum est: calamitas & aduersitas eius maledictio. Hinc ergo colliguntur sancti, prouidentia dei moderari res hominum, sed ideo sibi minime esse stertendū & media aspernanda, quinimò sedulò ambulandum per gratiam dei in uis & mediis siue in præceptis ac institutis diuinis. Nam prouidentia dei ordinem rerū non turbat, officia uite, laborem & industriam non abrogat, nec tollit è medio iustum cœconomiam ac obedientiam, sed per hæc operatur salutem hominum accommodantium se religiosè per auxilium diuinum decretis seu instituto & operationi diuinæ: cui merito acceptum ferunt quicquid bene fit, contra corruptioni humanæ & nostræ inscitiae ac peccatis quicquid male fit. Bella ergo, pestes, & uarias calamitates, etiè per dei prouidentiam mortales affligere norunt sancti, illa tamen omnia hominum peccatis ferunt accepta. Nam deus bonus est, qui mallet nobis bene quam male esse. Imò ipse non raro pro bonitate sua, pessima consilia nostra in bonū nostrū cōuerit: ut uidere est in historia Iosephi in Genesi.

Certe

Certe ex accurata diuinæ prouidentiæ consideratione colliguntur bona dei omnes p[ro]ij deum op[er]um, optime uelle hominibus. Nam maxima uoluntas dicitur illi de nobis cura est, nō in magnis duntaxat rebus, sed etiam in minutis. Tenet ille numeratos dies uitæ nostræ. In conspectu eius prouidentia sunt omnia, & singula membra nostra, tam interiora, quam exterioria. Nam clare dicitur euangelio dominus, omnes capit[ur] nostri p[er] nos esse numeratos. Tuetur nos sua prouidentia contra omnes m[al]os & omnia pericula. Alii nos, reparat, conseruat. Omnes enim creaturas ut ad salutem hominum condidit, ita conseruat & bono hominis applicat easdem.

Non minus consolatur pios dei cultores, doctrina de Præscientia & Prædestinatione dei, quæ cum Prouidentia cognitione quantum similitudinem habent. Præscientiam uocant illam in deo cognitionem, qualiter dei cuncta priusquam fiant, nouit, omniaq[ue] quæ sunt fuerunt & erunt, tener ob oculos præsentia. Cognitioni enim dei omnia sunt præsentia, nihil præteritum, nihil futurum. Prædestination autem decreatum dei æternum est, quo destinauit homines uel seruare uel perdere, certissimo uitæ & mortis termino præfixo. Vnde & præfinitio alicubi eadem appellatur. De his disputatur uarie, & à multis quidem satis curiose & spinose, ac ita quidem ut nō solum animatum salus, sed & gloria dei apud simpliciores ueniat in periculum. Religiosi scripturarum scrutatores uel interpres agnoscunt hic nihil permittendum esse humano ingenio, sed à pronunciatione scripturarum simpliciter pendendum, agnoscunt modum, ut in rebus omnibus, ita in hac in primis seruandum. Perpetuo itaq[ue] hæc S. Pauli uerba, oculis & mentibus ipsorum obuersantur: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uitæ eius. Quis enim cognovit sensum domini? aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit ei, & reddeatur? Illi ipso nunquā obliuiscuntur admonitionis sapientissimi uiri Iesu Syrach, dicentis: Altiora te ne quesieris, & fortiora te ne scrutabis fueris: sed quæ præcepit tibi deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Non est enim tibi necessarium ea quæ abscondita sunt uidere oculis tuis. Interim uero nec contemnunt nec negligunt ea quæ de hoc negotio deus seruus suis per apertas scripturas reuelare dignatus est. Præscientiæ dei multa extant, præsertim in prophetia Isaiae cap. 41. & sequentibus, testimonia, quibus etiam dominus demonstrat se uerum esse deum. Ceterum ab giorno immutabili consilio præfiniuit deus, qui saluari, qui uideantur debeat. Finis autem, siue decretum uitæ & mortis breue

DE PRAEDESTINATIONE DEI.

est & omnibus pijs perspicuum. Finis prædestinationis uel præfinitionis, Christus est dei patris filius. Decreuit enim deus seruare omnes quotquot communionem habent cum Christo unigenito filio suo, perdere autem omnes quotquot à Christi filij sui unici communione alieni sunt. Communionem uero cum Christo habent fidèles, alieni à Christo sunt infideles. Nam Paulus in epistola ad Ephesios: Elegit nos deus, inquit, in Christo, antequā iacerentur fundamenta mundi, ut essemus sancti & irreprehensibiles coram illo, per charitatem: qui prædestinavit nos, ut adoptaret in filios, per Iesum Christum in fœse, iuxta beneplacitum uoluntatis suæ, ut laudetur gloria gratiæ sue, qua placatus est nobis in dilectio. Enī elegit nos deus, & elegit ante iacta mundi fundamenta, elegit autem ut essemus irreprehensibiles, hoc est, aeternæ uitæ hæredes. Cæterum in Christo, per uel propter Christum nos elegit. Et adhuc clarius: Prædestinavit nos, inquit, ut adoptaret in filios, sed per Christum, idq; gratis fecit, ut gloria detur gratiæ diuinæ. Proinde quicq; in Christo sunt, electi sunt. Nam & Ioannes apostolus dixit: Qui habet filium, uitam habet: qui non habet filium dei, uitam non habet. Cum apostolica doctrina congruit euangelica. Nam in euangelio dicit dominus: Hæc est uoluntas eius qui misit me patris, ut omnis qui uidet filium & credit in eum, habeat uitam: & ego suscitabo eum in nouissimo die. Enī hæc est uoluntas siue decretum dei aeternū, ut in filio per fidem salvi fiamus. Rursus & ex contrario de prædestinatis ad mortem, dicit dominus: Qui non credit, iam condemnatus est, quia non credit in nomine unigeniti filii dei. Hæc est autem condemnatio, quod lux uenit in mundum, & dilexerunt homines Quis ele. magis tenebras quam lucem. Proinde si meroges, an electus sis ad uitam, an prædestinatus ad mortem, hoc est, an sis de damnatorum, destinatus an saluandorum numero, simpliciter ex scriptura euangælica & apostolica respondeo: Si communionem cum Christo habes, prædestinatus es ad uitam, & es de numero electorum: si uero alienus es à Christo, utcunq; uidearis pollere uirtutibus, prædestinatus es ad mortem, ac præscitus, ut aiunt, ad damnationem. Alius & penitus in confessum diuini cōsiliij subrepere nolo. Atq; hic reperio superiora scripturæ testimonia: Deus prædestinavit nos, ut adoptaret in filios per Iesum Christum. Hæc est uoluntas dei, ut qui credit in filium, uiuat: qui uero non credit, moriatur. Fides ergo certissimum signum est quod electus sis, dumq; uocaris ad communionem Christi, & fidem doceris, electionem & benevolentiam suam erga te declarat benignus deus.

Sane

Sancte per quam grauiter tentantur & exagitantur quæstione ele^s Tentatio
 Etionis simpliciores. Conatur enim diabolus ingerere ipsorum mens grauis in
 tibus odium dei, quasi inuidet nobis salutem, destinatq^{ue} mortem hac causa.
 ti. Hoc ut facilius persuadeat nobis improba fides nostram labo-
 factare contendit, quasi dubia sit nostra salus, quæ incertæ dei ele-
 ctioni innititur. Contra ignitæ hæc tela muniant serui dei pectora,
 huiusmodi ex scriptura petitis cogitationibus, adeoq^{ue} consolatio-
 nibus. Prædestinatio dei nulla innititur aut mouetur uel dignitate
 uel indignitate nostra: sed ex mera gratia & misericordia dei patris,
 in solum respicit Christum. Et quoniam in hunc innititur salus no-
 stra tantum, non potest non esse cerissima. Nam hallucinantur qui
 existimant prædestinari à deo ad uitam saluandos propter merita
 uel bona opera quæ in ipsis prouidet deus. Nam apostolus Paulus
 diserte dicit: Elegit nos in Christo, in se, iuxta beneplacitū uolu-
 tatis suæ, ut laudetur gloria gratiæ suæ. Et iterum: Non est uolentis Rom. 9.
 neq^{ue} currentis, sed miserentis dei. Rursus, Deus saluos nos fecit, & 2. Tim. 1.
 vocauit uocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundū
 suum propositum & gratiam, quæ data est nobis per Christum Ie-
 sum, ante tempora æterna, sed reuelata est modo per apparitionem
 domini nostri Iesu Christi. Gratis ergo nos ex mera sua misericor-
 dia, non propter merita nostra, sed propter Christum, & non nisi in
 Christo elegit, & propter Christum complectitur. Quia pater ei^s, &
 hominum amator. De quo & propheta David cecinit: Misericors Psal. 103.
 & clemens est dominus, longanimes & multe pietatis. Et quemad-
 modum miseretur pater filiorum, ita misertus est dominus timentib-
 us sc. Ipse enim nouit figmentum nostrum, recordaturq^{ue} quod pul-
 uis sumus. Quinimo apud Isaiam legimus: Nunquid obliuiscetur
 mulier infantis sui, ut nō misereatur filij uteri sui? Vt cunctæ uero illa
 obliuiscatur, ego tamen tui nō obliuiscar. Certè in Christo filio dei
 unigenito nobis exhibito, declarauit deus pater quanti nos faciat.
 Inde colligit apostolus: Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro Rom. 8.
 nobis omnibus dedit illum, qui fieri potest, ut non & cum eodē om-
 nia donet. Quid ergo non polliceamur nobis de tam benefico pa-
 tre? Negi enim cōqueri poteris tibi nō esse datum filium, uel tuum
 non esse, quem dicit apostolus datum pro nobis omnibus. Quini-
 mo ipse dominus in euangelio clamans dicit: Venite ad me omnes Matth. 11.
 qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Et iterum ad disci-
 pulos: Ite in mundum uniuersum, & prædicate euangelium omni Marci 16.
 creature, qui crediderit & baptisatus fuerit, saluus erit. Vnde & Pau-
 lus dixit: Scrutor noster deus uult omnes homines saluos fieri, & 1. Tim. 2.

DE PRAEDESTINATIONE DEI.

- Gene. 22.** ad agnitionem ueritatis uenire. Veruissimum enim retro temporebus dictum est Abrahæ: Benedicentur in semine tuo omnes tribus terræ. Et Iοel dixit: Et erit, ut quicunq; inuocauerit nomen domini, saluus fiat. Id quod & Petrus repexit Acto, cap. 2. & Paulus Rom, cap. 10. Isaias quoq; dixit: Omnes nos quasi quis errauimus, unus quisq; ad uiam suam respexit: & dominus fecit incurere in ipsum omnium nostrum iniquitates. Iccirco & S. Paulus dicere audebat:
- Rom. 5.** Sicut per unius delictum propagatum est malum in omnes homines ad condemnationem: ita & per unius iustificationem propagatur bonum in omnes homines ad iustificationem uitq;. Proinde do minus obuijs ulnis peccatores & publicanos in euangelio recepisse legitur, his insuper uerbis adiectis: Veni quæcere quod perierat. Nec
- Matth. 9.**
- Luca. 19.** ueni uocatum iustos, sed peccatores ad penitentiam. Quæ quidem omnia huc pertinent, ut proprius expensa, confirmem nos de bona erga nos uoluntate dei, qui in Christo nos elegit ad salutem: quæ quidem salus non potest non esse certissima, modisq; omnibus indubitate: præsertim cum ipse quoque in euangeliō dicat dominus:
- Ioan. 10.** Ques meæ uocem meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me: & uitam æternam do eis: nec peribunt in æternum, neq; rapiet eas quisquam de manu mea, &c.
- De tractu** Scio quid hic denuo angat multorum mentes, Ques, inquit, **prædestina** Christi electæ agnoscent uocem Christi, firmaq; fide prædicti indiciorū ad uisitulæ inhærent Christo, utpote qui tractum illum senserunt diuinum, de quo dominus in euangelio ait: Nemo uenit ad me, nisi patet meus traxerit eum: ego uero ut huiusmodi tractum non sentio, sic plena fide filio dei non inhæreo. Sanè requiritur in primis uera fides ab electis. Electi enim uocantur, uocati uero fide uocationem recipiunt, ac se accommodant uocanti. Qui non credit, condemnatus iam est. Vnde & Paulus: Deus, inquit, est seruator omnium hominum, maxime fidelium. Porro nisi trahamur à patre coelesti, credere non possumus. Curandum autem etiam arcet etiam, ne uanas opiniones de tractu illo diuino concipientes, ipsum negligamus. tractum. Evidem violenter traxit Paulum, sed non omnes crinibus ad se trahit. Sunt & alij modi quibus hominem ad se ducit, non autem ut truncum atrahit. Apostolus Paulus: Fides, ait, ex auditu est, auditus autem per uerbum dei. Trahit ergo deus, cum annunciat tibi per seruos suos euangelium, cum tangit cor, cum ad prece te excitat, quibus illius gratiam & auxilium, illuminationem & tractum implores. Hęc cum in animo sentis, noli aliud expectare tractum, noli contemnere oblatam gratiam, sed utere præsentii, & ora pro
- Acto. 9.**
- Rom. 10.**

pro gratia augmento. Pie etenim ad maiora & perfectiora subinde spiras, interim tamen minora non est quod asperneris. In euangelio secundum Matthaeum ampliores opes recipiunt, qui pauculis talentis acceptis, fideliter negotiati fuerant. Qui uero spreuerat talentum creditum, & ignauit suæ nescio quid curæ praetexebat, grauiter accusatur, immo pecunia semel data iterum spoliatur, & coniicitur in eterna tormenta, uinculis constrictus condemnationis. Quin immo in genere pronunciat dominus: Omni habenti dabitur & abunda Matt. 10. bit. Qui uero non habet, etiam id quod habet auferetur ab eo. Habet autem qui gratiam dei agnoscit, magnificat & excolit. Ei additur ad cumulum gratiarum, ac redditur abundantior. Non habet, qui dona dei non agnoscit, & subinde alia nescio qualia imaginatur, interim gratiam accepit & presentem non excolit. Et hi ferent praetexere solent, tractum sibi nondum obtrigisse; ac periculosissem esse cum donis dei negotiari. Multo autem aliter S. Paulus iudicat, dicit: Quin & adiuuantes obsecramus, ne in vacuum gratiam dei 2. Cor. 6. receperitis. Et ad Timotheum: Commonefacio te, ut suscites donum 1. Tim. 4. dei, quod est in te. Non quod sine deo aliiquid ex nobis ipsis possumus: sed quod nostram operam requirit dominus, quæ tamen non est extra & sine eius auxilio & gratia. Verè enim idem apostolus dicit: Deus operatur in nobis uelle & perficere, pro bona animi sui Philip. 2. uoluntate. Item, Non quod idonei sumus ex nobis ipsis, tanquam 2. Cor. 3. ex nobis ipsis cogitare quicquam, sed omnis idoneitas nostra ex deo est.

Porro nolo desperare quenquam, si non perfectissimam protinus experientur in animo fidem. Scriptura euangelica ait: Ultra terrena fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. Sic enim & augmēta habet fides. Ideoq; orarunt ipsi apostoli domini: Adauge nobis fidem domine. Præterea apud Marci 4. Marcum acclamat miser quidam Saluatori: Agè si quid potes domine Luce 11. ne, subueni misertus nobis: sed audit protinus dominum dicentem: Marci 9. Illud si potes credere. Omnia possibilia credenti. Hic uero exclamat miser: Credo domine, succurre incredulitati meæ. En credit hic miser, sentiens utiq; fidem in animo à deo donatā: quam tamen intelligit usque adeo infirmam esse, ut dei præsidio indigeat. Orat ergo: Succurre incredulitati, id est fidei meæ: quæ si conferatur cum absoluta fide, incredulitas uideri poterat. Verum audite quælo, quid hæc quantumuis exigua effecerit fides, quid potuerit animus humilis, & à sola dei misericordia dependens. Protinus enim sanat miser puerum, & incolumitati restitutū ueluti ex mortuis excitatum,

DE PRAEDESTINATIONE DEI.

patri fidei reddit. Si quis ergo fidem in animo sentit, ne desperet, licet intelligat hanc satis esse tenuem & exilem: coniiciat se totum in dei misericordiam, minimum aut nihil pro rorsus de suis presumat uestibus, pro augmentatione fidei indesinenter orer. In quo instituto certe saluberrime confirmare possunt quemlibet hæc consolatione ples
Math. 7.
Luce 11.
Gene. 3.
nissima Salvatoris ex sancto euangelio uerba: Petite & dabitur uobis: quærите & inuenietis: pulsate & aperietur uobis. Quisquis enim petit, accipit, & quicunq; quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. An quisquam est uestrum homo, qui si filius eius perierit panem, lapidem daturus sit illi? Aut si pescem petierit, num serpentem addet illi? Si uos igitur, cum sitis mali, nostis bona dare filiis uestris, quanto magis parer uester qui est in celis, dabit bona, ipsum spiritu sanctum, si postulaueritis ab eo. Hæc & similia in sacro sancto euanglio nobis proposita ad consolationem, plus mouere & confirmare debent animos nostros de bona imo optima erga nos dei uoluntate, quam diaboli suggestiones, quibus non tantum spem electionis nostræ subuertire, sed & deum suspectum nobis reddere conatur, quasi odio habeat creaturam suam, quam perditam malit, quam seruaram. Atqui probe notus est sanctis ex suis artibus. Sic enim & primis nostris parentibus imposuit. Teneamus nos firmiter pectoribus nostris impressum, deum nos elegisse in Christo, & propter Christum prædestinasse ad uitam, ideoq; fidem in Christum & donare & augere parentibus, eundemq; ut petamus inspirare. Omnia enim salutis nostræ gratia sunt diuinæ, nihil nostrum est præter opprobrium. Hæc hactenus in medium attuli fratres, de mirifico admirandoq; opere creationis ab æterno uero & uiuo deo nulla perfecta molestia nulloq; negotio. Dixit enim & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Adiecimus paucula de gubernatione rerum omnium sapientissima & optima per diuinam eius prouidentiam semper iustum & quissimamq;. Item de bona dei erga nos uoluntate, de Prædestinatione & alijs quibusdam his agnatis. Omnia uero hæc recitauimus ad ornandam gloriæ cognitionemq; dei creatoris nostri. Cui testimonium reddit tam inuisibilium quam etiam uisibilium, & semper & tota natura. Quem angeli adorant, astra mirantur, maria benedicunt, terræ uerentur, inferna quæq; suspiciunt. Quem mens omnis humana sentit, etiamsi non exprimit: cuius imperio omnia commouentur, fontes scaturiunt, amnes labuntur, flustus assurgunt, fœnus suos cuncta parturiunt, uenti spirare coguntur, imbris ueniunt, maria commouetur, fecunditates suas cuncta ubiq; diffundunt, qui peculiariter protoplastis nostris felicitatis horum.

tum plantauit, mandatum dedit, sententiamq; contra delictum statuit, Noe iustissimum de diluuij periculis liberavit, Enoch transfluit in amicitia societatem, Abrahamum adlegit, Isaac protexit, Iacobum auxit, Mosen populo ducem prae fecit, ingemiscentes filios Israeles e iugo servituis eripuit, legem scripsit, patrum sobolem in terram promissionis induxit, prophetas spiritu instruxit, & per hos omnes filium suum unigenitum repromisit, & eo puncto quo se se daturum spoponderat misit, per quem etiam nobis in notitiam uenire uoluit, & in nos omnia bona sua coelestia effudit. Et quia ultro largus & bonus est, ne totus hic orbis auersus gratia eius fluminibus aresceret, apostolos doctores in totum orbem per filium suum mitti uoluit, ut cōditio generis humani agnosceret institutorem, & siquidē sequeretur, haberet quem pro deo in suis iam postulationibus, patrē diceret. Cuius modo prouidentia nō tantū sigillatim per homines cucurrit aut currit, sed etiam per ipsas urbes & ciuitates, quarum exitus prophetarum uocibus cecinit, imo etiam per totum orbem. Cuius propter incredulitatem exitus plegas deminutiones peccatisq; descripsit. Et ne quis non etiam ad minima quæq; dei putaret istam infatigabilem prouidentiam peruenire, Ex duobus, ait dominus, passeribus unus non cadet sine patris uoluntate; sed & capilli capiris uestri omnes numerati sunt. Cuius etiam cura & prouidentia Israëitarum non sinit nec uestes consumi, nec uilissima in pedibus calceamenta deteri. Nec immerito. Nam si hic omnia complexus est continens, omnia autem & totum ex singulis constant, pertinet consequenter eius ad usq; singula quæq; cura, cuius ad totum quicquid est peruenit prouidentia. Huic soli gloria.

De solo deo uiuo uero & æterno adorando, inuocando & colendo, de q; uera & falsa religione. SERMO V.

DIX I de deo, quis qualis & quantus sit, non equidem quod debui, sed quod ponui: adumbraui item quam bona propensaq; sit eius erga hominem uoluntas, quem in filio unigenito æternę destinauit saluti, quem & in praesenti sæculo uniuersorum constituit dominum, subiectis ei omnibus: iam uero ne ignoret homo quid debeat deo tam potenti, & patri tam benigno ac munifico, subiungam modo differentiationem de deo hoc uiuo uero & æterno, ab homine adorando, inuocando, & colendo. Homo enim nec conditus nec natus est, ut:

DE SOLO DEO ADORANDO.

Astra, sicuti Philosophus ille desipiebat, contemperat, sed ut sit imago & templum dei, in quo inhabiter regnetur deus, ideoque deum agnoscat, revereatur, adoret, inuocet ac colat, adeoque & deo coniungatur, & uiuat cum ipso aeternum. Dicam uero de adorando deo primum, deinde de inuocando, postremo de colendo. Vnde nullo negotio intelligemus, quae uera, quaeue falsa sit religio. Vberrimi quidem sunt loci propositi, sed comprehendam breuibus quae scriptura sancta de illis nos docet, non singula quidem, sed potissima, & quantum saluti nostrae sobriaque cognitioni sufficere uiderur.

*Adorare
quid.*

Gene. 33.

2. Sam. 25.

Adorare in scripturis diuinis, significat honoris causa caput aperi, incuruare se, inclinare uel flectere genua, aut toto etiâ corpore procumbere in terram, procidere in faciem ad pedes alicuius, more supplicum, in signum humilationis, subiectionis deditio[n]is, ac refertur maxime ad corporis habitum. Hebrei subinde unico utuntur uocabulo Schahah, quod omnes interpres uenterunt per uocabulum adorare, inclinare, incuruare & procumbere. Greci reddiderunt per uerbum παντοπροσεκτησις, id est, genua flecto, caput detego, supplico uel adoro. Est autem παντοπροσεκτησις adoratio, uel ab osculando significata; uel a moto galero. Nam κυνηγος significat oscular. Ac osculum quondam cultus, uenerationis aut adorationis fuisse symbolum colligitur ex 31. cap. lob. Quid quod uel hodie receptissimum est honoris uenerationisque gratia manum osculari? Rursus κυνηγος significat galerum, biretum uel pileum: ut adorare si nudare uel aperire caput uenerationis ergo. Respexerunt fortassis & Latini ad corporis habitum. Nam orare utrumque significat & petere aliquid & dicere. Adorat itaque, qui coniecto in aliquem uultu suppliciter aliquid petit. Verisimile est & Germanos hoc respexisse. Nam adorare reddit per anhætten. Quod præterea uerti poterat zu fussen fallen. Matth. 9. cap. legis: Ecce primas quidam uenit ad Iesum, & adorauit eum. At Marcus eandem contextens historiam, Et ecce uenit quidam, inquit, principium synagogæ, nomine Iairus, & cù uidisset eum, procidit ad pedes eius, & deprecabatur eum multum: utique exponens nobis quid sit adorare, nimis procul procedere ad pedes alicuius, & supplicem se substernere deprecarique. Ita enim legimus & in ueteri scriptura de Iacobo Israele patre nostro: Et ipse progrediens, adorauit pronus in terram septies, donec appropinquaret frater eius Esau. De Davide & Abigale sic legimus in Samuele: Cum uidisset Abigael Dauid, festinauit, & descendit de asino, & procidit coram Dauid super faciem suam, & adorauit super terram, & cecidit ad pedes eius, dicens: Mihi domine illa impunetur iniquitas, &c. Similiter scriptum legitur de

tur de Nathan propheta: Et cum ad Dauidem ingredereetur, adorat^{3. Reg. et}
 uit pronus interram. Hoc etenim honoris communicans conce^{Adorare}
 dit dominus hominibus, uel senio uel authoritate dignitateq^e con^{homines}
 spicuis. Homo enim imago dei uiua est. Et deus ipse homines au^{Psal. 82.}
 thoritate præcellentes deos appellare dignatur. Vnde apostoli Chri^{Ioan. 10.}
 si Petrus & Paulus populum dei instruentes docuerunt, ille qui^{1. Pet. 2.}
 dem, Deum timete, regem honorate: hic autem, Magistratus dei mi^{Rom. 13.}
 nister est: reddite ergo omnibus, cui honorem, honorem, cui timo^{tem, timorem.}
 In lege dicit dominus, Coram cano capite assurge.
 Et, Honora parentes. Propter hoc dei præceptum reuerentur pñ sⁱes
 nes, parentes, & magistratus, obedientiaq^e fideli deo placent. Cæte^{Exodi 20.}
 rum adorare uel honorare simulachra, cuiuscunq^e tandem speciei
 aut formæ sint, nuspian concedit dominus. In lege enim dicit:
 Non adorabis, non coles. Et per prophetam Isaiam: Nullusne, in^{Isiae 44.}
 quit, apud se expedit hoc negotium, & ait: Ligni partem combusisti
 igni, coxi panem, assauit carnem, & comedisti, & ex residuo abomina^{tionem facerem, & ante truncum ligneum adorarem?} Apud eun^{Isiae 2.}
 dem prophetam multa cum indignatione pronunciatum legis, Re^{Libro 2.}
 pleta est terra eius idolis, opus manuum suarum adorauerūt, quod
 fecerunt digiti eorum. Et incuruauit se homo, & humiliatus est uir:
 ne ergo remittas eis. Proinde spiritu propheticō inspiratus uetustus
 scriptor Lactantius contra Gentes disputans, sic scriptum reliquit,
 Simulachra ipsa quæ coluntur, effigies sunt hominum mortuorū. Libro 2.
 Est autem peruersum & incongruens, ut simulachrum hominis, à^{cap. 18.}
 simulachro dei (homine) colatur. Colit enim quod est derius &
 imbecillius. Deinde ipsæ imagines sacrae, quibus uanissimi homiⁿnes seruiunt, omni sensu carent, quoniam terra sunt. Quis autem
 non intelligat nefas esse rectum animal curuari, ut adoret terram?
 Quæ ideo pedibus nostris subiecta est, ut calcanda nobis non ado^rta^{re} sit, qui sumus ideo excitati, ut non reuolbamur deorsum, ne
 hunc cœlestem uultum projiciamus ad terram, sed oculos eo diriga^{mus, quo illos naturæ suæ conditio direxit.} Quicunq^e ergo sacra^{Cap. 13.}
 mentum hominis tueri, rationemq^e naturæ suæ inituit obtinere, ip^{se} se ab humo susciter, & erecta m̄te oculos suos tendat in cœlum:
 non sub pedibus querat deum, nec à uestigij suis eruat, quod ado^{ret.} Quia quicquid homini subiacet, infra hominem sit necesse est:
 sed querat in sublimi, querat in summo: quia nihil potest homine
 maius esse, nisi quod fuerit supra hominem. Deus autem maior est
 homine: supra ergo non infra est: nec in ima potius, sed in summa
 regione querendus est. Quare non est dubium, quin religio nulla;

DE SOLO DEO ADORANDO.

In ubiung simulacrum est. Nam si religio ex diuinis rebus est, diuinum autem nihil est, nisi in cœlestibus rebus : carent ergo religione simulacula. Quia nihil potest esse cœleste in ea re, quæ sit ex terra. Quod quidem de nomine ipso sapienti apparere potest. Quicquid enim simulatur id falsum sit necesse est : nec potest unquam ueri nomen accipere, quod ueritatem fuso & imitatione mœtitur. Si autem non omnis imitatio non res seria, sed quasi ludus ac iocu[m] est, non religio in simulacris, sed minus religionis est. Præferendum est igit[ur] uerum omnibus falsis. Calcanda terrena, ut cœlestia consequamur. Hæc non temere recitauimus hactenus ex Lactantio: redimus modo ad institutum nostrum.

Adoratio spiritualis. Quoniam uero exterior corporis habitus formatur ferè secundum interiorem animi qualitatem, & exterior corporis adorantis habitus, adorantē subiecti dedicat atq[ue] addicit ei qui adoratur, transfertur adoratio ad interiorem quoty hominem, ut adorare sit deum revereri & respicere, huic se deuouere, & ipsi indiuulse adhærere, ab hoc uno pendere in omnibus, & ad hunc recurrere in quibuslibet nostris necessitatibus. Porro animum uera fide & sancto timore dei sic recte imbutum, sequitur mox, cum necesse est & facultas conceditur, exterior adoratio. Est enim adoratio duplex, alia animi uel spiritus interior, sincera ac uera: alia corporis, exterior, insincera, facta, ac falsa, si quis nulla sit religio ne imburus. Vera adoratio est urex fidei & sancti timoris dei fructus, nempe addictio supplex & humiliis consecratio, qua nos dedicamus, addicimus subiectum usq[ue] deo nostro, quem intelligimus ut optimum clementissimumq[ue] parent, ita summum & omnipotentē esse deum: toti ergo ab ipso solo pendemus, & in ipsum solum respicimus: quod & externa adoratione, protinus atq[ue] occasio nobis datur, exprimimus atq[ue] testificamur. Totum hoc rectius intelligimus ex subiectis his scripturæ sanctæ testimonijs. Canit David: Venite exultemus domino, iubilemus deo salutari nostro. Praeoccupemus facie eius in confessione, & in Psalmis iubilemus ei. Quoniam deus magnus dominus, & rex magnus super omnes deos: quia in manu eius sunt fines terræ, & altitudines montium ipsius sunt. Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud, & aridam manus eius firmaverunt. Venite adoremus & procidamus & ploremus ante dominum, qui fecit nos: quia ipse est dominus deus noster, & nos populus pascuæ eius & oves manus eius. Intelligis ideo nobis adorandum esse deum, & ipsi adhærendū laudesq[ue] canendas, quia deus est potentissimus creator omnium, etiam noster creator, pater & pastor noster. Similiter in euangelio secundum

Psal. 94.

cundum Matthaeum fidem sequitur adoratio, & quasi ex illa nasci. *Math. 14.*
 tur atq; fouetur. Postquam enim edicti miraculo discipuli credidisse
 sent Iesum esse Christum, Accesserunt, ait Matthaeus, & adorauerunt
 eum, dicentes: Vere dei filius es. Rursus in Ioanne legis dominum *Ioan. 5.*
 Interrogasse electum est synagoga cæcum illuminatum ac dixisse:
 Credisne in filium dei? Cæcum autem respondisse, Quis es domi-
 ne ut credam in eum? Respondisse autem Iesum & dixisse: Et uidisti
 eum, & qui loquitur tecum, ipse est. Ad hæc protinus sequitur in hi-
 storia, At ille ait: Credo domine, & adorauit eum. Huc iam pertinet
 quod dominus in euāgelio ad Samaritanam dicit: Veri adoratores *Ioan. 4.*
 adorabunt patrem spiritu & ueritate. Approbat enim dominus spi-
 titualem & internam adorationem, non externam & fucatam uel
 hypocriticam, sed quæ proficiscitur ex animo regenerato fide per
 spiritum sanctum, & sincere in unum deum tendentem. Nam le-
 gimus in ueteri historia, in ueritate adorasse eos principes, qui toto
 corde unice deo se consecrarent, & à solo pependerunt: rursus nō in-
 tegro corde adorasse dominū, qui sincera fide destituti, simul à crea-
 turis pependerunt. Rationem autem huius adorationis subiicit in *In historia Regum.*
 euangelio dominus. Adoratio, inquit, adoratio per omnia respon-
 dere debet. Deus autem qui adoratur spiritus est & ueritas, delecta-
 turq; spirituali cultu & uera fide: spiritu ergo & ueritate adora-
 ti debet.

Proinde sanctis maxima cura est, ut interior mentis adoratio in *Vere ador-*
tegra sit, adorantq; in primis animo & uere, sincera fide & numi- rare deum
nis reuerentia: interim foris supplices quoq; procidunt & adorant quid sit,
coram domino. Sequitur enim interiorem adorationem exterior.
Adorant & hypocritæ deū corpore satis suppliciter, sed quia animus
peregrinatur nec adhæret fide & reuerentia domino, audiunt à do-
*mino per prophetam: Populus hic labijs suis me honorat, cor autē *Isiae 29.**
eorum longe abest à me: sed frustra me colunt docentes doctrinas, *Matth. 15.*
præcepta hominum. Et hæc quidem est fucata & falsa adoratio. Fal-
sa est & illa imo scelerata & abominanda, qua adorant uel cum
deo, uel pro aut sine deo creature. Quinimō in uniuersum nō ado-
rant deum, qui deum nec metuunt, nec in deum credunt, nec pen-
dent à solo deo.

Evidem fatentur omnes deum adorari oportere, sed non om- *Solū deum*
nes sincere agnoscunt & confitentur solum deū esse adorandum, adorandum
restat ergo demonstrandum, quod solus deus sit adorandus ab ho- *eſſe.*
minibus. Adoratio coniuncta est cum uera fide, & sincera numi-
nis obseruancia: quæ cum soli deo debeat, solus certe deus ado-

DE SOLO DEO ADORANDO.

randus est. Toties itaq; in lege & prophetis repetitur & inculcatur,
Dominum deum tuum adorabis, & deum alienum non adorabis.
Est autem deus alienus, quicquid tibi extra & preter deum unicum, uiuū,
uerum & eternum deligis adorandum: solus itaque uerus uinus &

Matth. 4. æternus deus est adorandus. In euangelica historia legitimus dia-
bolum tentasse dominum nostrum Christum, subductoq; in mon-
tem excelsum, inde illi commonstrasse omnia regna mundi eorumq;
gloriæ, ac dixisse: Hæc omnia tibi dabo, si prostratus adoraueris me:
dominum uero respondisse: Abi satana, scriptum est: Dominū deum
tuum adorabis, & illum solum coles. Coharent autem inter se mu-
tuum, ut disiungi non possint, adoratio & cultus: unde cum solus

3. Reg. 13. coli postulet, certe solus uult adorari. Et magnus dei propheta He-
lias docens deum consortis in cultu impatientissimum esse, ad po-
pulum cum deo simul & deum Baal adorantem, clamat: Quousq;
tandem uos claudicatis in duas partes? Si dominus est deus, sequi-
mini eum: si Baal, ite post ipsum. Quasi dixerit, non potestis simul

Matth. 6. deum adorare & Baal. Nemo potest duobus dominis seruire. Do-
Deut. 6. minus enim deus noster totum requirit cor nostrum, toram mentis
& animam: nihil ergo relinquimus nobis quod ulli aliij impendamus.

Hebr. 1. In epistola ad Hebreos ostendit Paulus Christum angelis excellen-
tiorem esse, quia Christum adorant angeli, nec uicissim adorantur.
Si autem angeli non adorantur, quem dabimus præter deum uis-
uum uerum & æternum, qui mereatur adorari? Solus ergo deus a-
dorandus est. Nam in revelatione Iesu Christi facta beato Ioanni

Apo. 14. apostolo & euangelista, sic legimus scriptum: Et uidi alterum ange-
lum uolantem per medium coeli, habentem euangelium æternum:
ut euangelisaret habitantibus super terram, & omni genti & tribui
& linguae & populo, dicentem magna uoce: Timete deum, & date
illi honorem: quia uenit hora iudicij eius, & adorate eum, qui fecit
cœlum & terram, mare & fontes aquarum. Et iterum in eodem lis-
tro legimus: Et cecidi ante pedes angeli, ut adorarem eum. Et dicit
mihi: Vide ne feceris. Conseruus tuus sum & fratum tuorum ha-
bentium testimonium Iesu, Deum adora. Rursus in fine libri eius
dem legis: Et postquam audissem & uidissem, cecidi ut adorarem
ante pedes angeli, qui mihi hæc ostendebat. Et dicit mihi: Vide ne fe-
ceris: conseruus enim tuus sum, & fratum tuorum prophetarum,

Apo. 22. & eorum qui seruant uerba libri huius. Nec multū ab hac re ablu-
dit S. Petri factum dictumq; cuius ad pedes cum procidisset Corne-
lius Centurio, & adorasset, dixit Petrus: Surge, & ego ipse homo
sum, simul autem iniecta manu procumbentem erigebat. Religio
assimilata

Acto. 10.

issime ergo scripsit de Vera religione Augustinus, dicens: Non sit De *Vera* nobis religio humanorum operum cultus. Meliores enim sunt ipsi religione artifices, qui talia fabricantur, quos tamen colere non debemus. Nō cap. 55.

sit nobis religio cultus hominum mortuorum. Quia si pie uixerint, non sic habentur, ut tales querant honores: sed illum à nobis coli uolunt, quo illuminante lauantur meriti sui nos esse cōseruos. Honorandi ergo sunt propter imitationem: non adorandi propter religionem. Si autem male uixerint, ubi cūq; sint, non sunt colendi.

Idem Augustinus libro de Consensu euāgelistarum primo, cap. 18. Quare Rō disputat: Quare Romani nunquam receperint & deum, & dei cul mani nunc cum Hebræorum, cum tamen omnium fermē Gentium deos receperint colendos: & respondet nulla id alia factū causā, quām quod perint Deū Hebræorum deus solus uoluerit coli absq; consorte. Verba eius si Iudæorum quis requirat, hæc sunt: Nihil restat ut dicant cur huius dei sacra nō colendum. receperint, nisi quia se solum coli uoluerit: illos autem deos gentiū, quos isti iam colebant, coli prohibuerit. Socratis enim (quē sapientissimum omnium hominum etiam oraculo fuisse firmarunt) sententia est, unumquenque deum sic coli oportere, quomodo se ipse colendum præceperit. Proinde Romanis summa necessitas facta est, non colendi deum Hebræorum. Quia si alio modo eum colere uellent, quām se colendum ipse dixisset, nō utiq; illum colerent, sed quod ipsi finxissent. Si autem illo modo uellent, quo ipse diceret, a lios sibi colendos non esse cernebant, quos ille coli prohibebat: ac per hoc respuerunt unius ueri dei cultum, ne multos falsos offendarent: magis arbitrantes sibi obfuturam fuisse istorum iracundiam, quām illius beneuoleniam profutura. Hæc Augustinus. Et quamquam hæc de cultu dei scripta sunt, nos autem disputemus de adoratione numinis, non tamen aliena sunt à proposito. Nam cohærent inter se individualiter adoratio & cultus dei. De hoc paulò post plura. Ex illis autem colligimus, solum adorandum esse deum uerum, uiuum & æternum: iuxta illam legis decantatissimam sententiam: Dominum deum tuum adorabis, timebis, eisq; soli seruies: ipsi adhæ Deut. 10. rebis, iurabisq; in nomine eius.

Cæterum magna præmia ueris suis adoratoribus promisit & Bona & præstidit deus ab initio, præstabitisq; quoad hic mundus steterit. mala ador. Contra uero ingentia credimus mala illis parata esse, qui uel deum ranium et non adorant, uel pro deo uero alienos adorant deos. Dominus in nō adorantie revelatione sua Ioanni apostolo facta: Timidis, inquit, & incredulium, & execratis & homicidis, & scortatoribus & ueneficis, & idolatriis & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti Apo. 21.

D E S O L O D E O I N V O C A N D O.

igne & sulphure, quod est mors secunda.

Inuocare
quid?
Deut. 32, 4

Hæc diximus hactenus de adorando deo, dicemus porro de inuocando deo, secundo uique loco de quo me dictorum promisi. Inuocare & inuocatio in scripturis uarie usurpatur. Significat enim in testem uel testimonium dicendum producere. Sic inuocat Moses in testimonium contra filios Israelis cœlum & terram, per prosopœiam. Rursus inuocari nomen alicuius super aliquo, est eius nomine appellari. Inuocetur nomen meum, inquit Iacob, super eos, id est, super Ephraim & Manasse, hoc est, appellantur meo nomine, perinde ac si mei filii sint, dicanturque non filii quidem Iosephi, sed filii Iacobi Israëlis. Sic mulieres dicunt ad maritum: Inuocetur nomen tuum super nos: id est, sine ut appellemur tuo nomine, tuatque siamus uxores. Hæc enim per coniugij copulam maritorum indipiscuntur nomina. Ad eundem modum sepe legimus in prophetis & sacra historia: Domus super quam inuocatum est nomen tuum, id est, domus que tuo nomine appellatur diciturque domus

Gene. 48.

Isaia 4.

2 Reg. 12.

Daniel. 9.

Acto. 9.

3 Tim. 2.

Inuocatio
dei quid?

domini. Ioab quoque militiae princeps Dauidi dicit: Tu cape urbem (Rabbam, Ammonitarum regiam) ne ego capia, & inuocetur nomen meum super eam: id est, ne ego dicar Rabbæ dominitor. Scripturarum itaque & loquutionum scripturæ imperitissimi sunt, qui illam Iacobi sententiam, quam iam produximus, citant pro afferendo parochinio & inuocatione sanctorum, quasi Iacob uoluerit nomen suum inuocari a nepotibus. In Daniele legis: Populus super quem inuocatum est nomen dei: sed nihil aliud significat quam populus qui dicitur dei populus. Nulla hic mentio inuocationis posterioræ. Præterea usurpatur inuocatio pro religione. Lucas enim in

Actis dixit: Habuit Saulus potestatem uincendi omnes qui inuocant nomen domini. Et Paulus: Discedat ab iniuitate omnis qui inuocat nomen domini. Item, Sectare pacem cum omnibus qui inuocant nomen domini, id est, qui sunt ueræ religionis Christianæ. Postremo inuocare significat in auxiliū euocare, clamoribusque per-

petuis aliquid postulare. Est ergo inuocatio dei, de qua in præfensi differimus, humani animi in summa necessitate aut in desiderio aliquo, ad deum eleuatio, & auxiliij consilijue ardentissima per fidem postulatio, adeoque in fidem dei deditio, ac ueluti receptus quidam tanquam ad asylum & unicum praesidium. In inuocatione ergo uera requiritur in primis animus fidelis, qui agnoscet deum esse omnium bonorum authorem ac datorem unicum, qui uelit inuocantes audire, & possit omnia nobis uota desideriatque largiri. Requiritur indefinens & ardens petitio. Verum de his plura dicentur cum domine

dominus dederit loqui de Oratione fidelium. Nam inuocatio est orationis species.

Iam uero ostendam deum in omnibus nostris uotis inuocandum, adeoq; solum inuocandum esse. Certe sunt diserta dei manu data præcipientia inuocare nomen domini promittentis se uota nostra pro sua in nos bona uoluntate exauditurum, largiturumq; nobis salutaria. Ex multis unum & alterum profero testimonium: *Sol. 3. Reg. 8.*
 lomon omnium mortalium sapientissimus, docet deum inuocare in omnibus singulisq; necessitatibus, commemoratis speciatim potissimum hominum uotis. Idem argumentum tractat pater Solomoni sanctissimus rex Dauid, per integrum Psalmum 107. Commemorat ergo uarios hominum casus & labores, afflictionem siue oppressionem, errores periculæue itineris, carceres seu uincula, morbos mortisq; metum morte nonnunquam atrociorem, discrimina in mari ac fluminibus, sterilitates, inopiam, calamitates atq; contempnum ignominiamq;. Illa, inquit, si cui obueniant, non accepia seruuel deo tutelari, uel fortunæ, uel constellationi, sed deo omniscio & omnipotenti, eumq; fide sedulo inuocet. Nam saepius repeatit hæc uerba uates: Et cum clamassent ad dominum in tribulatione sua, eripuit eos ex angustijs suis. Ea uero de causa repeatit toties, ut fiducia concepta discamus in omnibus casibus inuocare nomen domini. Solomon enim in Proverbijis iterum dicit: Turris fortissima est nomen domini, ad ipsam currit iustus, & exaltabitur siue extra periculum erit. Asaph quoq; in sanctis carminibus canit: Sacrifica deo sacrificium laudis, & persolute altissimo uota tua, & inuoca me in die tribulationis, & eruam te, & honorificabis me. Inducit autem ipsum deum loquentem & postulantem sacrificia, non pecuina, aurea uel argentea, sed laudem & inuocationem. Simul pollicetur auxilium, & testificatur quod inuocando & laudando honoretur. Vnde Dauid dixit: In tribulatione mea inuocabo dominum, et ad deum meum *Psal. 17.* clamabo, & exaudiens de templo suo uocem meam, & clamor meus perueniet in aures eius. Iobel quoque dixit: Omnis qui inuocauerit nomen domini, saluus erit. Et dominus apud Ieremiam: Inuocabi te me, & uiuetis: orabitis me, & exaudiens uos: queretis me, & inuenietis: siquidem ex toto corde uestro querieritis. Præterea non legimus beatos patres nostros quenquam in omnibus suis uotis siue paruis siue magnis inuocans alium quam deum uiuentem in secula. Nam ipse dominus apud Asaph dicit: In angustijs inuocabas me (*Israel*) & eripiebam te. Dauid quoq;: In te sperauerunt, ait, patres nostri, sperauerunt & liberasti eos. Ad te clamauerunt, & salui *Psal. 22.*

DE SOLO DEO INVOCANDO.

facti sunt, in te sperauerunt & non sunt confusi. His omnibus subiunge iam præceptum Christi domini. Cum oratis dicite: Pater noster, &c. subiunge quæ sequuntur *Lucæ* 11. & *Math.* 7. Petite & dasbitur uobis. Et reliqua. Concludimus ergo deum uerum uiuū & æternum ab omnibus hominibus in omnibus necessitatibus inuocari oportere.

Solum deū Sed frustra fortassis labore in his, cum pauci aut nulli negent esse inuocā deum inuocandum esse, hoc diligentius demonstrandum uidetur, dum.

quod solus sit inuocandus. Nam multi deum quidem inuocāt, sed simul cum deo aut pro deo delectos etiā patronos, unde non solū deum inuocant. Solum autem inuocari oportere sic ostendimus. Inuocatione postulamus auxilium, uel ut bona nobis dentur, uel ut auertantur à nobis mala. Id quod nulla copiosiore indiget probatione, cum nō possit negari à quoquam ratione sana utente. Iam uero solus deus auxiliator est, qui unus bona confert, & mala au-

Math. 18. fert. Nam in euāgelio dicit dominus: Nemo bonus nisi unus, nem pe deus. *Vsurpauit* autem unus pro solus. Rursus in lege per Mo-

Deut. 32. sen dicit dominus: Videte quod ego sum solus, & non sit alius deus præter me. Et iterum per *Isaiam*: Nunquid non ego dominus &

Isaia 45. non est amplius deus præter me: deus iustus & saluans non est præter me. Et David: Quis, inquit, est deus præter dominum, & quis pe-

Psal. 18. tra, præter deum nostrum? Indignissime iraq; tulerunt cultores dei quoties ab ipsis postularunt homines ea quæ dominus confert. Di- cebat Rahel ad Iacobum: Da mihi filios: alioqui morior. Sed scri-

Gene. 30. piuta protinus addit: Et iratus Iacob, dixit: Num pro deo ego sum, qui tibi denegauit fructum uentris? Quinimō dum rex Syriæ à rege Israeliſ Ioram, non admodum pio, postularet ut Naamanum cu-

raret lepra infectum, ait Ioram: Nunquid ego sum deus, ut possim uiuificare & mortificare? Nam is mittit ad me, ut curem hominem à lepra. Proinde certissimū est, solius esse dei dare bona, & mala au-

tertere. Vnde iam consequens est solum deum inuocari oportere. Nam si patroni, quos inuocant tanquam auxiliares, qui nō solum deum inuocant, bona dare aut mala auertere possunt, profecto nō unus tantum deus esset. Nam & hi dij essent. Non autem sunt dij,

quia unus est deus, qui solus confert bona, mala auferit: solus ergo deus inuocandus est, patroni non sunt inuocandi, ut qui nec bene nec male facere possunt. Nam quod quidā hic ex suis capitibus op-

ponunt, patronos quidem non ex seip̄sis, sed ex deo bene uel male facere, dubium imo falsissimum est. Dicit enim per prophetam ipse

Isaia 42. dominus, Ego dominus Hu (ipse uel essentia) est nomen meum, & gloriam

gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculpi libus. Cæterum gloria dei est, quod solus & unus omnium honorū non modo fons inexhaustus, sed & distributior æquissimus est, eoꝝ nomine inuocatur & colitur ab hominibus. Psal. 50.

Præterea cum nemini, nisi uni deo sit sacrificandum, certe solus deus est adorādus. Clamat in lege dominus: Qui immolat diis, præ Exodi 20. terquam domino soli, exterminetur. Ideoꝝ Paulus & Barnabas Ly Acto, 14. strenibꝫ, sacrificia parantibus, quæ ipſis offerrent apostolis, tanquam ad intolerādam blasphemiam uestes suas sciderunt. Rursus enim in lege domini legimus: Quicunqꝫ suffitementum incensiſ ſibi fece. Exodi 30. tit, ut id olſaciat, excindeatur ē populo ſuo. Atqui sacrificia piorum ſunt preces, gratiarum actiones, & inuocationes diuini nominis. Dauid enim: Tibi, inquit, ſacrificabo sacrificium laudis, & nomen Psal. 115. domini inuocabo. Et iterum: Disponatur oratio mea incenſum in Psal. 140. conſpectu tuo, & eleuatio manuum' mearum, sacrificium uesperitum. Paulus q[uo]d: Per Christum, inquit, offerimus hostiam laudis Heb. 13. ſemper deo, hoc eſt, fructum labiorum conſitentium nomini eius.

Nam & propheta Oſeas iuſſit nos immolare uitulos labiorū. Quo Oſeae 14. niam itaqꝫ ſoli deo eſt sacrificandum, utiqꝫ ſolus deus eſt inuocandus. Nec poſſibile eſt patronos illos cœlites, quos uocant, non ſolum deum inuocantes, ſi beati ſunt, huiuſmodi inuocationes postulare ab hominibus: imò hi & in deum & in diuos peccant, tribuentes his, quod nulli agnoscunt beati spiritus. Dixit beatus Auguſtinus, non boni dei angelos, ſed cacodæmones eſſe, qui nō unum ſolum ac ſummu[m] deum, ſed ſeipſos ſacrificijs coli uolunt. Cæterum beati spiritus dum adhuc corporibus fuerunt connexi, oraue runt: Fiat uoluntas tua, ſicut in caelo & in terra, iſcirco liberati mox do ab omni corruptione, multo plenius imò perfectiſſime conſentiant in uoluntatem dei, qua iubet omnes ſolum adorare & inuocare deum.

Rursus inuocatur is demum legitime & cum fructu, qui corda impicit uocantium, uota audit & defideria explere potest omnium uiuentium. Eum uero omniscium & omnipotens cordiumqꝫ ſcrutatorem eſſe neceſſe eſt. Porro cum ſolus deus iſ ſit, proculdubio ſolus inuocari debet. Nam deum ſolum cordiu[m] eſſe ſcrutatorem, nulli conuolum loco, ſed ubiqꝫ p[re]ſentem ac omnipotentem, Solomon hiſce uerbis teſtarur: Ecce cœli & cœli cœlorum non capiunt te, & 3. Reg. 8. quomodo domus iſta quam ædificauis? Tu itaqꝫ exaudies in caelo, in habitaculo mansionis tui, & propitius eris. Facies & dabis unicuiqꝫ iuxta omnes uias ſuas, qui cognoscis cor eius. Tu enim ſolus

DE SOLO DEO INVOCANDO.

movisti corda filiorum hominum. Patroni uero cœlites, quos isti uocant, nec hominum cogitationes norunt, neq; per cœlum per terras & per maria diffusi omniscij, præsentes ubiq;, & omnipotentes sunt. Alioqui enim in diuinam transmutati essent naturam, desinerent esse creature: uerum, licet per Christum fruantur æterna beatitudine, creature tamen manent, nec omniscij nec omnipotentibus sunt, ergo minime inuocandi sunt. Certe in eodem puncto atq; momento innumeræ mortaliū myriades uota sua offerunt: ubi sanè oportet eum qui exaudiat, in puncto & in momento, & non per intervalla, nouisse & posse omnia, adeoq; & in momento manum auxiliare præbere omnibus. Quod ut nulla, quantumuis excellens creatura potest, ita solus deus omniscius & omnipotens, omnia potest, ideoq; solus inuocandus est. Scio quid his opponant patronorum cœlitum patroni, illos ex sua natura necuidere nec audire quæ à nobis fiunt in terris, sed in uultu dei ceu lucidissimo speculo cernere omnia quæ deus dignatur reuelare, atq; ita rescrire res nostras & oportulari. Sed hoc figmentum per omnia dubium, nullis potest scripturis sanctis comprobari. Quin potius concurramus afferit scriptura de diuis cœlitibus. Nam in Isaia clamat dei populus: Tu es pater noster ô deus: siquidem Abraham non cognouit nos, neque Israel agnouit nos, tu uero domine & pater noster & redemptor noster. Si uero patriarchæ populi sui tam studiosi ignorauerunt quid aget, quem obsecro beatorum dabimus qui quid faciamus norit, uidentiumq; rebus misceatur. Profecto, quod sacer Psalmus personat, uerum est, Quoniā pater meus & mater mea dereliquerūt me, dominus autem suscepit me. Si derelinquent nos parentes nostri, quomodo obsecro res nostras uel norunt uel curant. Sufficiat nos.

Isaie 63. Psal. 26. 4. Reg. 22. bis quod Dauidi abunde satis fuit, dicenti: Dominus mei curā suscepit, Iosiam legimus ex hac uita translatum in aliam, ne mala uiderer, que dominus inferre statuerat populo Israëlico propter conseleratissimam uitā. Beata ergo anima dei conspectu fruuntur, & ex hoc participant luce & gudio sempiterno, nullas res nostras norunt, neq; nosse necesse est, domino solo gubernante omnia.

Iam & illud constat inuocationem ex fide uelut fructum extra dice oriri. Paulus enim illud prophetæ adducens: Quisquis inuocat nomen domini, saluus erit, mox adiicit: Quomodo autem inuocabunt eum, in quem non crediderunt. Enī ut alterum duxerit ex altero apostolus: Non inuocatur in quē non creditur. Proinde in quem credimus, eundem & inuocamus. In solū autem deum credimus, siccirco eundem solum inuocamus. Nam ubi cunctæ fides uera est, ibi

Est etiam donum sancti spiritus. Nam apostolus ait, Quod si quis Rom. 8.
spiritum Christi non habet, hic non est eius. Et iterum, Non accep-
tis iterum spiritum seruitutis ad timorem, sed accepitis spiritum
adoptionis, per quem clamamus, Abba pater. Vera ergo fiducia in
deum prædicti, deum quem solum patrem omnium agnoscunt, in-
uocant. Nec poterit uel minima particula in illa solemni inuocatio Matth. 6.
nis formula, tradita nobis à filio dei, ullo pacto attribui patronis.
Proinde solus deus inuocandus est.

Horret sane animus hominis peccatoris tantam accedere maiestatem. De intercessione apud
Quis enim sibi dignus uideatur, qui in conspectum pro-
deat sanctissimi iustissimi & tremendi dei? Hic ergo suggestur quidam
inuocandum patrocinium uel intercessionem cœlitum diuorum, per quoru-
m inuertentum aditus nobis pateat ad deum. Sed hoc citra testimoniū
scripturarē proferunt. Scriptura sicut legem nobis proposuit de inuo-
cando deo, promissionesq; adiecit amplissimas: sic præceptum pro-
ponit per quem inuocemus deum, addita promissione præstantissi-
ma, per unicum Christum Iesum aperiens nobis aditum ad patrem.
In euangelio enim dicit dominus: Amen amen dico uobis, quæcumque petieritis patrem sub nomine meo, dabit uobis. Hactenus non
petistis quicquam sub nomine meo. Petite & accipieris, ut gaudium
uestrum sit perfectum. Et quicquid petieritis nomine meo, hoc faciat, ut glorificetur pater per filium. Si quid petieritis per nomen
meum, ego faciam. His quid poterat dici plenius & clarius? Iubet
Christus per nomen suum inuocare deum patrem, & promittit se
confectum fidelibus daturum, quicquid postulent in nomine Christi.
Quis autem dubitet uel tantillum de ueritate & constantia pro-
mittentis? Quid ergo opus post hac fuerit intercessione diuorum?
De his inuocandis, aut per internuum ipsorum perueniendi ad
deum, nullum habemus testimoniū scripturarē, nullam promissio-
nem. Quibus addo, contemnere mandatū & præceptum dei, qui-
cunq; contendit per alios, quam per Christum & eius intercessionē
perueniri ad patrem. Qui obtemperat Christi mandato, & per no-
men Christi inuocat ei nihil opus est diuoru[m] inuertentiū. An nō omnia
plene in Christo haberet? Dicimus itaq; & asserimus solum Christus Solus Christum esse mediatorem intercessorem & aduocatum apud patrem in suis inter-
ecclis omnium qui sunt in terris hominum, atq; ita solum, ut post cessor &
ipsum non sit opus aduocatis alijs. Fatentur pleriq; Christum esse aduocatus
nobis datum intercessorem apud deum, sed quia multos ei alios con- apud pa-
iungunt, certe non ad solum relegant omnes, nec unicum media- trem.
torem prædicant, Comminiscuntur Christum esse mediatorem rea. Mediato-

DE SOLO DEO INVOCANDO.

redemptionis & unicum quidem, exterum non unicum intercessio-
nis & inter nis, sed plures simul cum ipso. Scriptura autem ut nobis Christum
sessionis, proponit unicum mediatorem redēptionis, ita & intercessionis.
Vnum atq; idem est officium mediatoris redēptionis & interces-
sionis. Mediator medium sese interponit inter dissidentes, & utrīsq;
coniungitur ingenio & natura. Et intercessor ingerit se medium in-
ter discordes, ac nisi partibus utrīsq; communis sit, intercessor esse
non potest. Vtrobīq; spectatur reconciliatio dissidentium. Necesse
est ergo certā esse discordiæ causam, qua sublata dispareat & dissi-
diūm. Causa dissidiū peccatum est. Intercessoris ergo uel mediato-
ris est expungere peccatum, ut ē medio tollatur dissidium. Hoc non
expiatur uerbis siue precibus, sed morte & sanguine. Hebræ. 9. Inde
necessario colligimus, solum Christum esse mediatorem uel inter-
cessorem apud patrem. Principio enim solus Christus medium sese
ingerere potest inter deum & homines : quia solus utriusq; naturæ
particeps est. Diui altera tantum participant. Nam homines sunt.
Christus uero deus & homo est. Deinde qui intercessor est, idem &
reconciliator sit oportet. Est enim finis intercedentis reconciliatio.
Solus autem Christus hominum est reconciliator, ergo & unicus
intercessor. Nam intercessoris est, causam discordiæ dissoluere, id
est, peccatum tollere. Solus autem Christus, nulla creatura, tollit pec-

catum. Relinquitur ergo Christum solum esse intercessorem. Huc
iam pertinent scripturæ testimonia. Paulus, Vnus, inquit, est dens,
unus etiam conciliator dei & hominum, homo Christus Iesus, qui
dedit semetipsum preciū redēptionis pro omnibus. Et quamuis
loquatur diserte apostolus de redēptione, media tamen hæc uer-
ba collocantur inter dissertationem de inuocatione dei, utique per
Christam, qui unus est mediator redēptionis & intercessionis. Ut
enim unus nos redemit, ita redemptos iam unus commendari nos
patri. De hoc audiatur iterum apostolus dicens ad Romanos: Chri-
stus cum adhuc peccatores essemus pro nobis mortuus fuit: multo
igitur magis nunc iustificati sanguine eius seruabimur per eum ab
ira. Et adhuc planius. Nam si cum inimici essemus, reconciliari fu-
mus deo per mortem filij eius, multo magis recōciliati, seruabimur

per uitam ipsius. Alibi enim idem ait: Semper uiuit Christus, ad hoc
ut interpellat pro nobis. Et iterum: Deus est qui iustificat, quis ille
qui condemnat? Christus est qui mortuus est, immo qui & suscitatus
est, qui etiam est ad dexteram dei, qui & intercedit pro nobis. Idem
rursus aditum nobis ad patrem aperit per Christum in epistola ad

Iacob. 10. Heb. 4. & ad Ephes. 2. cap. Quia ipse dominus Iesus in euangelio
noꝝ

non plura ostendit ostia , sed unum ostium tantum : Ego uero, inquit, sum ostium. Et iterum: Ego, ait, sum uia & ueritas & uita. Ne
mo uenit ad patrem, nisi per me. An non omnia alia media, omnes alias uias & patronos alios omnes exclusit qui dicit: Ego sum uita, ueritas & uia, & talis uia, ut non pateat alia aggressus ad patrem, nisi per me : id est per me unum & solum . Alibi uero in euangelio ne quis retardaretur pudore & indignitatis suae peccatorumq[ue] cōscientia, aut Christi filij dei gloria , quo minus per nomen Christi inuocet & eius se credat patrocinio, ipse idem clare & benigne omnes ad se suumq[ue] patrocinium inuitans clamat : Venite ad me omnes qui Matth. 11, 28 laboratis & onerati estis, & ego requiem præstabo uobis.

His non minus euidentia eāq[ue] plurimā poterunt ex epistola ad Hebreos colligi testimonia. Inter alia excellit hoc: Christus cum ma
neat in æternū, ait apostolus , perperum habet sacerdotiū. Vnde & saluos facere ad plenum potest, qui per ipsum adeunt deum: sem per uiuens ad hoc ut interpellat pro illis. Talis enim decebat ut esset nobis pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & sublimior coelis factus, &c. Vide obsecro quod in hoc Pauli testimonio habeamus argumēta probantia Christum solum in coelis apud patrem esse fidelium intercessorem. Sacerdotis proprium officium est intercedere. Solus Christus autē sacerdos est coram deo, solus ergo intercessor est. Iam & sacerdotium Christi perpetuum uel immutabile est: non itaq[ue] nos semel immolando redemit, tantū unus effectus mediator redemptionis, sed perpetuus etiā me diator intercessionis interpellat pro nobis in finem usq[ue]. Licet enim & iudex sit dominus noster, infidelium tamē iudex est, patronus fi delium, uniuersorum autem iudex tandem in fine sæculi. Et si perpetuum habet sacerdotium (ἀπαράβατον) immigrabile inquam, quod ad aliud successione uel communicatione transire nō potest, solus utiq[ue] manet Christus intercessor fidelium. Præterea non est ulla cau sa, ob quam alios post Christum, uel cum Christo intercessores nobis asciscamus. Christus enim ad plenum nos saluos facere potest: nihil alijs quod ipsi agant relinquens. Obseruemus autem illud in primis, quod diserte addit: Qui per ipsum adeunt deum. Per ipsum inquam, mediatorem, sacerdotem, & intercessorem Christum . Per hunc enim solum patet accessus ad patrem . Quibus accedit quod hic uiuit, & in hoc uiuit, ut interpellat pro nobis. Viuunt & diui coelites in regno dei cum Christo: sed fibi non nobis uiuunt. Christus nobis uiuit, ut intercedat pro nobis : solus ergo intercedit, non diui intercedunt. Manifestissime hæc euincunt, opinor, quod de inter-

DE SOLO DEO INVOCANDO.

cessionis mediatione nō redēptionis loquitur apostolus. Postremo tales requirit in intercessore notas, quales non reperias, nisi in uno & solo Christo domino. Licet enim angeli innocentes sint, tamen non sunt sublimiores cœlis. Diui cœlites tamen iam purgati sint a peccatis, natura tamen à peccatoribus non sunt segregati, nec cœlis sublimiores facti, domini uidelicet angelorum & uniuersæ creaturæ. Solus filius talis est, & huic hæc referuatur gloria: solus ergo & pud patrem est intercessor fidelium.

- a. Petri 2. Igitur beatissimi apostoli & euangelistæ Ioannis. Sanctus Petrus docet sanctos, id est, nos fideles, in hoc sæculo, Christo uiuo lapidi, ul uos lapides esse impositos per fidem, factosq; domū spiritualem, & sacerdotium sanctum, ad offerendum spirituales hostias acceptabiles deo per Iesum Christum. En sumus impositi non diuis, sed Christo lapidi uiuo: ex quo & uiuificamur, & in ædificio conseruamur. Constituti sumus domus spiritualis & sacerdotium sanctum, in hoc ut spirituales non pecunias offeramus hostias, nimur nos metipos & preces nostras deo, per Iesum Christum, non per diuos. Sunt enim & hi nobiscum domus spiritualis, uiui lapides, Christo impositi, & propter Christum uiuentes. Porro beatus Ioannes scribit: Filioli mei, hæc scribo uobis ne peccatis: si quis autem peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum. Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Non arbitror quicquā nostro proposito congruentius, euidentius & firmius meliusue uel configi posse. Audimus Christum Iesum constitutum nobis à deo, non tantum redēptionis mediatorem, qui semel redimat, sed qui fit sempiterminus mediator etiā intercessionis, qui roties aeterni apud deum patrem aduocatus, quoties homo peccator delinquit & patricinio opus habet: quem & rei confidenter accedant, eiq; causas coram deo peragendas commendent. Si quis, inquit Ioannes, peccauerit, habemus aduocatum apud patrem. En aduocatum appellat Ioannes, quem defensores patrocinij diuorum nuncupant mediatorem intercessionis. Nam aduocatus, *παράκλητος*, significat tutorē, fauorem, consolatorem, patronum, uel procuratorem, qui causam nostram agit. Ac obserua quē nobis definiat atq; proponat aduocatum, non diuam uirginem, non Petrum uel Paulum, non seipsum uel Stephānum, sed Iesum Christum. Si credidisset hominibus necessarium & salutare esse præterea diuorum cœlitum patrocinium, coniunxisse & hos Christo domino, nunc Christum solum nobis proponit.
- Addit:

Addit: Iustum, quod perinde est, ac si dixisset: Nō est quod quis eius diffidat parocinio, aut patronum patri minus existime: esse gratū. Filius est, Christus est, iustus est, ergo patri gratissimus est: qui in con spectu iustissimi dei pro nobis iustis comparere potest. Talis iustitia non inuenitur in ullo Adæ filio. At requiritur in intercessore. Communicat quidem sanctis iustitiam suam, per fidem, sed ea sanctis imputatur & imputativa est: in Christo naturalis ac uelut in natura est proprietatis iustitia. Nam Christus Iesus unus ille in cœlo & terra iustus est, cui non necesse est prius, uel precari uel offerre, pro proprijs peccatis, deinde pro populi sceleribus. Solus enim peccatum non habet, & iustitia est uniuersorum: solus itaq; apud patrem intercedit, quia nemo naturaliter & proprie iustus est, nisi Christus solus. Ac præstat hic in primis obseruare, quod Christus appellatur propitiatio uel expiatio, non equidem peccatorum aut hominum unius aut alterius sæculi, sed omnium peccatorum hominumque totius mundi fidelium. Unus ergo omnibus sufficit Christus: unus omnibus proponitur intercessor apud patrem. Quoties enim peccas, toties paratum habes apud patrem iustum intercessorem. Non quod Intercessio imaginem in cœlo tanquam in foro, patrem in throno, ueluti iuvenit Christi quae dicem cōsidere, filium uero patronum nostrum toties procedere in his. genua, & parocinari nobis, quoties peccamus: sed cū apostolo intelligimus Christum aduocatum & sacerdotem ecclesiæ uniuersalē & unicum semper apparere in conspectu paris: quoniam ut uis mortis eius, (tametsi nō moriatur quotidie) sic uirtus intercessionis semper efficax est. Accedamus ergo ad deum per Christum, & redemptoris & intercessionis unicum mediatorem intercessorem & aduocatum. Non poterimus non placere deo patri, si commendemur ipsi per filium unigenitum.

Porrò infirma sunt argumenta, quibus patrōni patrōrum ^{co} *Responso* litum ipsorum conantur confirmare parocinium uel intercessio ^{ad quedā} nem. Spiritus, inquiunt, intercedit pro nobis, iuxta doctrinam apostolicam, ergo solus Christus non intercedit. Respondeo, Paulum ^{aduersario} rum argu ^{menta.} non loqui de alio intercessore in cœlis, sed de spiritu hominis presentantis in hoc sæculo, qui incensus & illustratus dei spiritu ingemiscit & intercedit pro sanctis. Aperiuntur sunt apostoli uerba. Addūt isti, Legimus de angelorum precibus in scriptura, & quod preces fidelium conspectui dei offerunt: ergo non solus Christus in cœlis orat uel intercedit pro nobis, sed & sancti. Nos uero negamus hoc con Angelorum sequi: quia scriptura docet angelos esse ministratorios spiritus, ac oratio pro ipsorum officio offerre preces tantum uelut ministros in con ^{Heb. 1.}

DE SOLO DEO INVOCANDO.

spectū dei, sed non intercedere, aut homines exaudiri propter angelos, sed propter Christum, qui intercedit, & propter quem oratio ad latas ad deum, ipsi grata est. Quod si isti tale quiddam & de animabus sanctorum beatis proferre & à simili argumentari volunt, docent primum animas cōstitutas esse spiritus administratorios. Sed non poterunt: & si possint, nondum tamen approbauerint diuos ecclites esse intercessores. Nam ne angeli quidem propterea intercessores sunt, quod preces hominum deo offerunt. Eadem nobiscum inquiunt, charitate cohaerent, & quia spiritus beatorum in cœlis a gentes, nos in terris amant, pro charitatis huius ingenio & pro nobis orant. Respondemus illos circa scripturas sic colligere. Ut enim libenter concedamus diuos in cœlis non esse sine proximi charitate: addimus tamen hanc in sanctis cœlitibus minime habere nunc hoc ingenium & hæc officia, quæ olim habuit in terra. Alioqui plurima alia absurda diuis tribueremus, quasi ea faciant aut patientur, quæ tamen nec faciunt nec patientur. Dum in terris uixerunt, pro charitatis ingenio indoluerunt & exultauerunt oraruntq[ue] nobiscum, imò & interpellarunt pro nobis: nunc cum exuerunt hanc corruptionem, & deseruerunt nos, in cœlis agentes cum domino, neque norunt res nostras neq[ue] mouentur ullis affectibus terrenis. Sentiunt nobis abunde consultum esse absq[ue] ipsorum opera. Sentiunt ita constitutum esse salutis negotium, ut ipsi quiescant à laboribus suis, iacenturq[ue] in Christo, hic uero intercessor sit unicus apud patrem omnium in miseria uiuentium hominum, quia omniscius & omnipotens est, neq[ue] commouetur neq[ue] delassatur aut ignorat quicquam: sed omnia intercessoris perfectissime obit & perficit. Sciunt hanc gloriam solo dei filio competere: ideoq[ue] hanc ambiunt minime, ut ipsi se intercessores statuant pro Christo. Antecellit enim hic charitas dei charitatem proximi. Obijciunt isti, diuos non intercessoris illius unici, ritu orare in cœlis, sed eo modo quo in terris orarunt pro confratribus. Diximus autem modo nō consequi, Hoc fecerunt in terris, idem ergo faciunt in cœlis. Nec probari potest scripturis differtis, quod diui in cœlis pro nobis orent. Cur ergo subinde dubizuelur certa nobis dogmata proponunt? Et ut donemus illos orare in cœlis, id quod patrum non pauci scripserunt, ideo tamen non sequitur diuos esse inuocandos. Notissima est enim illa S. Agustini sententia quæ legitur exarata lib. de ciuitate dei 22, cap. 10. Gentes & diis suis & templo ædificauerunt, & statuerunt aras, & sacerdotes instituerunt, & sacrificia fecerunt. Nos autem martyribus nostris non templo sicut diis, sed memorias, sicut hominibus mortuis, quo-
rum

num apud deum vivunt spiritus, fabricamus. Nec ibi erigimus alta-
ria, in quibus sacrificemus martyribus, sed uni deo & martyrum &
nostro sacrificio immolamus : ad quod sacrificium, sicut homines
dei, qui mundū in eius confessione uicerunt, suo loco & ordine no-
minantur. Non tamen à sacerdote qui sacrificat inuocantur. Quia
dei sacerdos est, non illorum. Ipsum uero sacrificiū est corpus Christi
si, quod non offertur ipsis: quia hoc sunt & ipsi. Hæc ille. Satis clarē
testificās sanctos non inuocari uel inuocandos esse, quod deo com-
perat sacrificium, nō sanctis. Proinde cum adiiciunt aduersarij, Eccl. Ecclesia in-
defam à multis annis inuocasse sanctos, ecclesiam non errare, iccir uocans san-
ctos inuocantes sanctos non errare. Respondemus ecclesiā non er-
rare quando audit uocem sponsi & pastoris sui: errare autem quan-
do neglecta uoce pastoris, sua sequitur decreta. Errauit tota Israelis
ecclesia unā cum summo pontifice Aarone senioribusq; populi,
cum præterita lege dei, imagine deum representatum choris & con-
centibus coluit, fecus quām ipse instituerat. Nec absoluuntur ab era-
tore & peccato Israelite quod multis annis excelsa nō sustulerunt.
Regerunt, iuuuerunt inuocati, ergo inuocandi sunt diui. Non raro
feliciter cedit quod contra uerbum dei instituitur. Quis autem inde
colligat bonum esse quod instituitur contra uerbum dei: ueluti bel-
lo depredandos innoxios, quia bellis uidemus milites truculentos.
ditescere? Videbanur & gentium dī exaudire uota supplicum, sed
nunquid ideo inuocandi sunt dī gentium? Verū nō instituimus
ad singula istorum argumenta respondere, quod alias pro nostro
dono fecimus. Concludimus ergo uerbum ueritatis ex ore dei pro-
nunciatum, docere nos inuocationem nominis dei per interuum
Iesu Christi: neq; legimus ullum uerteris uel noui Testamenti san-
ctum (cuius meminerit quidem scriptura) ullum inuocasse, quan-
tumuis excellentem patriarcham aut prophetam demortuum, neq;
ullum apostolum apostolorumq; discipulū inuocasse aliter quām
per nomen Iesu Christi: teneamus ergo firmiter, perfectissimam &
utissimam esse doctrinam quæ iuber nos omnes deum solum per
unicum filium inuocare, atq; ipsum deum hoc à singulis nobis po-
stulare: & cum obedimus, deo placere.

Restat locus ultimus de Colendo deo. Vocabulum 'colere Lat. *Colere*
nis late patet. Colimus enim amicitiam, literarū studia, arua & se-
quād. quād.
nes. Nos in presenti usurpamus colere pro seruire, hoc est in omni-
bus se seruuli instar morigerum & obsequentem præbere, reuereri
uel uenerari cultumq; exhibere. Hebræi utuntur suo Abad, quod
Latinus interpres uerū seruuit, coluit, uel sacrificauit. In libro Re-

DE SOLO DEO COLENDO.

s. Reg. 16. *gum legis. Et Achab seruuit ipsi Baal ipsumq; adorauit. Græcis cul-
tus hic uel *Ἄρτερ* uel *Ἄστρα* appellatur. Sumitur alterum pro altero.
Quanquam reuera seruire maius sit quam colere. Sustineas enim
nulla difficultate colere aliquem, sed eidem non item seruire. Dicis-
mus ergo Cultū dei esse seruitutem, qua se homines deo reuerenter
subiiciunt & obediunt, ipsumq; iuxta uolūtatem eius uenerantur.
Colunt itaq; deū qui ipsum serio timent, ei se morigeros obedien-
do præbent, colentes ipsum interne & Externe, sicuti constituit.*

**Duplex est
dei cultus.** *Cultus enim dei duplex est, Verus & Falsus. Verus appellatur ue-
ra religio, uera fides, & pietas. Falsus nuncupatur superstitione, ido-
lolatria & impietas. Nam uerus cultus is est, qui oritur ex uero timo-
re dei, ex fide sincera, soli se deo subdit, & ad uoluntatem dei in om-
nibus se accōmodat. Falsus cultus constat rebus contrarijs. De quo
plura dicemus ubi uenium fuerit ad superstitionem. Verus dei cul-
tus rursus diuiditur perspicuitatis grātia in cultum dei internum &
externum. Internus cultus soli deo cordium scrutori cognitus est.*

**Internus
dei cultus.** *Versatur enim in timore dei & iusta obedientia, in fide spe & cha-
ritate: unde oriuntur adoratio dei, inuocatio, gratiarumactio, patien-
tia, perseuerantia, pudicitia, innocentia, beneficentia, ac reliqui fru-
ctus spiritus. His enim donis dei, & rebus spiritualibus, deus, qui
spiritus est, colitur uere. Sine his nullus deo cultus probatur, ut cum
que in cōspectu hominum splendidus & sumptuosus purusq; esse
uideatur. Hic cultus dei testimonia habet diuina & humana, in pri-
mis uero legis prophetarum & apostolorū. In lege enim dicit Mo-
ses: Et nunc Israel quid dominus deus tuus peit à te, nisi ut timeas*

Deut. 10. *dominum deum tuum, & incedas in cunctis uijs eius, diligas eum,
& seruias domino deo tuo, toto corde tuo, & tota anima tua, ut scis
licet custodias præcepta & statuta eius, quæ ego præcipio tibi hodie
tibi in bonum. Micheas propheta inducit de uero dei cultu interro-
gantes, quibus hic in rebus confistat, & responderet: Indicabo tibi ò
homo, quid sit bonum, & quid à te requirat dominus, nempe fac-
te iudicium, diligere misericordiā, & solicitum uel submissum am-*

Mich. 6. *bulare cum deo tuo. S. apostolus Paulus: Obscero, inquit, uos fra-
tres per miserationes dei, ut præbeatis corpora uestra hostiā uiuen-
tem, sanctam, acceptam deo, rationalem cultum uestrum. Et ne ac-
cōmodetis uos ad figurā huius sēculi, sed transformemini per reno-
vationem mentis uestræ, ut probeatis quæ sit uoluntas dei, quod bo-
num atq; acceptum & perfectum. Idem apostolus paucis uerbis ue-*

Rom. 12. *rum cultum dei in conuersionem ab idolis ad deum fidemq; Iesu
a. Thess. 1. Christi concludens ait, Macedones & alii gentes de uobis annun-
ciant*

clant, quomodo conuersi fueritis ad deum à simulachris, ut seruiretis deo uiuenti & ueraci, & expectaretis filium eius de celis, quem excitauit à mortuis Iesum, qui liberat nos ab ira uentura. Porro S. Iacobus apostolus: Religio pura & immaculata, inquit, apud deū *Iacobi 14.* & patrem hæc est, inuisere orphantos & uiduas in afflictione sua, & immacularum seipsum seruare à mundo. Hęc diuina & perspicaria sanctæ scripturę testimonia abunde satis declararunt C. V. quinam sit uerus dei internus cultus. Humana testimonia nihil tamen à diuinis discrepantia plurima ubiqꝫ occurrunt in scriptoribus ecclesiasticis. Laetantius lib. Insti. 6. cap. 9. In dei agnitione, ait, & cultu summa uersatur: in hoc est spes omnis & salus hominis, hic est sapientię gradus primus, ut sciamus quis sit nobis uerus pater, eumqꝫ solum pietate debita prosequamur, huic pareamus, huic deuotissime seruiamus, in eo promerendo actus omnis & cura & opera collocerur. Huius generis alia quoqꝫ idem ille copiose recitat eiusdem libro cap. 10. & luculentissima de Vero dei cultu cap. 1. Placet autem pro multis unum Romani martyris ad tribunal Rom. apud iudicem Asclepiadem libere pronunciatum recitare de Vero dei cultu testimonium. Postquam enim de deo animose & religiose dixisset *De uero*

Quis & quantus sit, subiungit,

dei cultu,

testimoniū

Romani

martyrit.

Cognoscis ipsum, nunc colendi agnoscite

Templum.

Ritum modumqꝫ, quale sit Templi genus,

Quæ dedicari sanxerit Donaria,

Quæ Vota poscat, quos Sacerdotes uelit,

Quod mandet illuc Nectar immolarier.

Aedem sibi ipse mente in hominis condidit

Viuam, serenam, sensualem, flabilem,

Solui incapacem posse, nec destructilem,

Pulchram, uenustam, præminentem culmine,

Discriminatis inliram coloribus.

Illuc sacerdos stat sacrato in limine,

Foresqꝫ primas uirgo custodit fides,

Innexa crines uinculis regalibus,

Poscit litari uictimas Christo & patri,

Quas scit placere candidatas, simplices.

Frontis pudorem, cordis innocentiam,

Pacis quietem, castitatem corporis,

Dei timorem, regulam scientiæ,

Ieiuniorum parcitatem sobriam,

Spem non iacentem, semper & largam manum.

Sacerdos.

Sacrificia.

DE SOLO DEO COLENDO.

Ex his amoenus hostijs surgit vapor,
Vincens odorem balsami, thuris, croci,
Auras madentes Perfitorum aromatum,
Sublatus inde cœlum adusq; tollitur,
Et prosperatum dulce delectat deum. Et qdæ in hanc sententiam
ibi sequuntur. Sufficere hæc puto de interno dei cultu; interim agnō
sco quedam in illis referri posse & ad externum dei cultum.

Externus dei cultus ex interno nascitur, nec deo soli, ut hic co-
gnitus est, sed etiam uenit sub sensum hominis, estq; obseratio uel
exercitatio rituum, ab ipso deo institutorum, quibus internum cul-
tum & testificamur apud homines, & exercemus, ad gloriæ dei no-
stramq; utilitatem. Huius generis erat in ueteri populo Templum,
sacerdotiumq; cum omnibus cæremonijs à deo institutis, quæ fre-
quentissime appellantur cultus dei. Ac erat hic certis limitibus cir-
cumscriptus. Non enim licebat cui liber pro suo arbitrio cultum dei
fingere: quemadmodum fuse ostenditur in lege & in historia sacra.
Seruiebat autem externus ille cultus gloriæ dei fideliumq; utilitati. Id
quod plenius exposui cum dissererem de Cæremonijs Israelicis.
Porro sicut Christus ueteres illos ritus abrogauit, ita pro eis oppidit
pauculos reposuit. Cœrum enim sacrū instituit; in quo uult ad glo-
riam suam nostramq; utilitatem prædicari uel enarrari uerbum dei
ex scriptura sancta, orari in commune, & percipi dispensariue sacra-
menta. Ad quæ necessarius est locus accommodus, idoneum tem-
pus, ratio iusta, cum instrumentis sanctis. Vbi pij rursus nihil per-
mittunt suo arbitrio. Nam ex uerbo dei, quæ colunt, colendi modū
totamq; rationem perunt. De quo non nihil dictum est in quarto pri-
me tabule precepto, diceturq; copiosius loco & ordine suo. Breuiter,
Colunt deū extero cultu, qui ex fide & obediēcia statis temporibus
in sacrum cœrum coeunt, qui disciplinam seruant ecclesiasticam, ex
uerbo domini depromptam, qui audiunt uerbum dei, uel diuinae
rum scripturarum sanctam enarrationem, qui publice orant cum
eccllesia, qui sacramentis religiose participant, aliosq; legitimos &
salutares ritus obseruant. Hoc autem cultu suo deum glorificant a-
pud homines, & utilitatem non exiguum à deo percipiunt, nempe
benedictionem augmentumq; donorum cœlestiū. Nullis, opinor,
hic opus esse testimonij scripturarum, approbantibus hæc quæ ha-
ctenus diximus de extero dei cultu. Vbiq; enim in euangelica hi-
storia, in Actis & epistolis apostolorum obvia sunt plurima. Nam
dominus Iesus ubiq; sacros cœrus colligit in quibus prædicat euangeliū
præcesq; commendat. De Maria sedente ad pedes eius au-
dicteq;

Dientes p̄dicationē eius, pronunciat: Vnum hoc necessariū, Māria bonam partē delegit, quę non auferetur ab ea. Et alibi: Beati, ins. *Luce 11.*
quit, qui audiunt uerbū dei & custodiunt illud. Certe sacramēta ipse
dominus instituit & usurpauit. Refraganti enim Ioanni, à quo po-
stulabat baptiſtum dicentiq; Mihi opus est ut abs te baptiser, & tu
uenis ad me? respondit: Omitte nunc. Sic etiam decet nos ut com-
pleamus omnem iustitiam. Vnde & apostolus Paulus disciplinam
ecclesiasticam diligenter commendans ecclesijs, ceteris sacros insti-
tuit pulcherrime. Loci omnibus sunt cognitissimi 1. Cor. 11. 14. &
26. item 1. Timoth. 2. & alibi.

Priusquam uero hunc locum concludam, demonstrabo solum *Solum deū*
deum esse colendum. Et certe cultus ipse, quo de hac tenus differui- *esse colen-*
tibus, soli deo competit; unde nemo tam cœsus est, qui non uideat
deum his solum coli oportere. Et cum dominus cultum suum uel
seruitutem à nobis requirit, totum cor nostrum requirit: nihil ergo
celinquitur quod impendamus alijs. In lege sua dicit spiritu dei ple-
nus Moses: Post dominum deum uestrum incedetis, atq; eum time- *Deut. 12.*
bitis, p̄cepta eius custodietis, & uocem eius audietis, ipsi seruieris
atq; ei adhærebitis. Nec refert quod hic uocabulum Solus non ap-
ponitur, cum emphasi insinuetur. Cum enim dicit: Ipsi seruieris, &
ei adhærebitis, quid aliud intelligemus, quam ipsi & non aliij, ergo
soli. Præterea in 6. cap. Deut. non legis: Dominum deum tuum ti-
mebis, & illum solum coles, iurabisq; in nomine eius: sed, Dominū
deum tuum timebis, & illum (emphatice) coles, iurabisq; in nomi-
ne eius. Cæterum dominus in euangelio hæc Legis uerba adducēs
contra tentatorem, & emphasis explicans: Scriptum est, inquit, Do Matth. 4.
mīnum deum tuum adorabis, & illum solum coles. Quod quidem
testimonium sane luculentissimum, solum sufficit demonstrationi
nostræ, quod solus deus sit colendus. Adiçiam his humanum præ-
terea testimonium, sed diuino suffultum, quod & alibi in libris no-
stris posuimus. S. August. de Quantitate animæ sic ostendit solum
deum esse colendum. Quicquid anima colit ut deum, necesse est ut
melius esse, quam seipsum putet. Animæ autē natura nec terra, nec
maria, nec sydera, nec luna, nec sol, nec quicquam omnino quod
tangi aut his oculis uideri potest, non deniq; ipsum, quod uideri à
nobis non potest, cœlum, melius esse credendum. Imo hæc omnia
longe deteriora esse, quam est quælibet anima, ratio certa cōuincit.
Et mox: Si quid ergo aliud est eorum quę deus creauit, quiddam est
deterius, quicdam par: deterius, ut anima pecoris: par, ut angelij: me-

DE SOLO DEO COLENDO.

*Quomodo
colendis sint
sancti.*

Ilius autem nihil. Et si quando est aliquid horum melius, hoc peccatum eius fit, non natura: quo tamen non usque adeo sit deterior, ut ei pecoris anima uel præferenda aut conferenda sit. Deus igitur solus ei colendus est, qui solus eius est author. Homo autem quilibet alius, quamquam sapientissimus & perfectissimus, uel proorsus quilibet anima rationis compos & beatissima, amanda tantummodo & imitanda est, eisq; pro merito atq; ordine, quod ei cōgruit, deferendum. Nam scribeum est: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Hæc Augustini sunt. Et illa haec tenus de uno solo uiuo uero & eterno deo colendo disputauimus.

*De uera re
ligione.*

Cæterum quicunq; syncera fide deo adhærent, & unum adorant inuocant & colunt legitime, religiosi recte nuncupantur: studium & actio ipsorum uera est religio. Hanc alij dictam uolunt à relinquentendo, propterea quod per ipsam relinquamus falsos deos, errores omnes, & cupiditates terrenas, sectemur autem uerū deum, ueritatem & coelestia. Massurius Sabinus: Religiosum est, inquit, quod propter sanctitatem aliquam remotum ac sepositum à nobis est. Dictum est uerbum à relinquendo, tanquam cæremoniæ à carentio. At M. Cicero religionem dictam arbitratur à relegendo, quod qui religiosi sunt, cuncta solcite relegant, qua; ad deorum cultum pertinere videntur. Cæterum confutatur hic multis à Laetatio Firmino, antiquo ecclesiæ scriptore, lib. Instit. 4. cap. 28. ubi inter alia, Hac conditione gignimur, inquit, ut generati nos deo iusta & debita obsequia præbeamus, hunc solum nouerimus, hunc sequamur. Hoc uinculo pietatis obstricti deo & religati sumus, unde ipsa religio nomen accepit. Et mox, Diximus nomen religionis à uinculo pietatis esse deductum, quod hominem sibi deus religarit, & pietate constrinxerit: quia nos seruire ei ut domino, & obsequi ut patri, necesse est. Hunc sequuti & alij scriptores ecclesiastici, Hieronymus & Augustinus, & ipsi religionem deduxerūt à religando. Ille enim in Comment. ad 9. cap. Amos, Iste, inquit, fasciculus una dominireligione costrictus est. Religio ergo à religando, & in fascem dominii uinciendo, nomen accepit. Hic autem de quant. animæ cap. 35. Vera religio est, ait, qua se uni deo anima, unde se uelut peccato ab ruperat, reconciliatione religat. Idem de Vera religione cap. ult. dicit: Religet nos religio uni deo omnipotenti, unde dicta creditur religio. Dicimus ergo religionem ueram aliud non esse, quam amicitiam, connexionem & confederationem cum deo uero uiuo & eterno, cui uera fide connexi, solum adoramus, inuocamus, & colimus, à quo toti pendemus, uiuentes in omnibus ad uoluntatem uel secundum

*Verareli-
gio quid?*

secundum prescriptum legemq; uerbi eius. Proinde rectissimum est
ut salutis fidei, negotiorum comprehenduntur uno religionis uocabulo:
quod alibi fœdus & pactum, alibi uero coniugium in scripturis
appellatur. Sicut enim fœdere uniuntur confederari: sic deus &
homo connectuntur religione: & ut coniugio in unum corpus re-
diguntur maritus & uxor, ita religione in corpus spirituale conne-
ctimur cum deo, ueluti marito, & cum ipso dei filio, ueluti sposo
& capite nostro. Huc ergo pertinent quæcunq; in scripturis profes-
runtur de seruando fœdere & fide coniugij. Fœdisfragi, perfidi, & ad-
ulterio infames sunt, quicunq; non uni deo per fidem connexi, so-
lum adorant, inuocant per Christum, & colunt prout ipse in uerbo
suo coli uoluit. Illi ipsi nuncupantur etiam superstitionis.

Superstitione enim falsa est religio, quæ deum non colit, sed aliud De super-
pro deo, uel non solum, uel non rite aut legitime colit. Extendit se fitione.
superstitutionis uocabulum ad aniles usq; fabulas & deliros errores.
Germanice enim nuncupamus superstitionem aberglouben/mis-
glouben vnd misbraud. Exactissime uero de uocabulo hoc dispu-
tans Lactanius lib. Inst. 4. cap. 28. sic scribit: Religio ueri dei cul-
tus est: superstitione falsi. Superstitioni uocantur, non qui filios suos su-
perstites optant: omnes enim optamus: sed aut i; qui superstitione me-
moriā defunctorum colunt: aut qui parentibus suis superstitionibus,
colebant imagines eorum domi, tanquam deos penates. Nam qui
nouos sibi ritus assuebant, ut in deorum uicem mortuos honora-
rent, quos ex hominibus in celum receptos purabant, hios superstitiones
uocabant: eos uero qui publicos & antiquos deos colerent,
religiosos nominabat. Vnde Vergilius: Vana superstitione ueterumq;
ignara deorum. Sed cum ueteres quoque deos inueniamus, eodem
modo consecratos esse post obitum, superstitionis ergo qui multos
& falsos deos colunt: nos autem religiosi, qui uni & uero deo sup-
plicamus, &c.

Versatur superstitione in his maxime capitibus, Vel cum non coli- Deos alien-
tur dominus, sed alij dij pro ipso, relicto uero & uiuo deo: uel nos deo uer-
cum colitur quidem dominus, sed non solus, uerum alij simul cum ro relicto
ipso: uel cum ipse quidem colitur, sed non legitimo cultu. Primo su colere.
perstitutionis genere peccauerunt ferē gentes, quæ deum uerum igno-
rauerunt, adeoq; & pro deo uero falsos & confictos siue alienos
coluerunt deos. Eadem insania laborasse & Israelitas dei populum
testis est sanctissimus propheta Ieremias, expostulās cum populo ac-
dicens: Audite uerbum domini omnes tribus & familias Israelis, Iere. 2a.
sic dicit dominus: Quidnam iniquitatis deprehenderunt patres ue-

DE SOLO DEO COLENDO.

Scripsi in me, ut tam longe à me recederent, & sectarentur uanitatem, fierentq; uani? nec dixerunt: Vbi dominus, qui eduxit nos de terra Aegypti, qui traduxit nos per desertum, per terram uastam & inuiā per terram sticulosa? & umbram mortis, per terram per quam ne mo transfibat, in qua nec homines habitabant? Et induxi uos in terram cultam & fertilem, ut comedereis bona & fructum eius. Ingressi autem contaminasti terram meam, & hereditatem meā redidistis abominandam. Sacerdotes non dixerunt: Vbi est dominus? & qui tenere debebant legē, non cognoverunt me, & pastores praevaricati sunt in me, prophetez prophetauerunt in Baal, & idola sequuntur sunt. Propterea ultra iudicio contendam uobiscum, ait dominus, & disceperabo cum filijs uestris. Transite enim ad insulas Chittim & uidete, & in Kedar mittite, & considerate diligenter, ac inspicite num simile quid factum sit, num ulla gens mutarit deos qui ita men dij non sunt: populus autem meus murauit gloriam suam in idolum. Obstupescite cœli super hoc, exhorrescite uehementer, ait dominus. Quoniam duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas, inquā, pertusas, quæ continere non ualent aquas. Audis populum Israelis in expiabili scelere deseruisse deum uenam uiuā, ac puteos sibi effosse pertusos. Aquæ significat bonum absolutum, quo desiderium & animæ & corporis satiari potest. Scaturigo talis solus deus est supremum & consummatissimum bonum. Hoc deserto foderunt, id est, maximis laboribus & impensis pararunt sibi lacunas, nimirum conuerterunt se ad creaturas, ad eos qui non sunt dij, nec desideria eorum exaturare potuerunt. Hoc malum & hodie vulgare est, dum relicto deo multi cōuertuntur ad diuos cœlites, à quibus postulant, quod petendum erat à deo, nec daxi possunt nisi à solo deo. Hic locus habet idololatria, id est, cultus simulachrorum: superstitionis enim sunt non tantum qui fingunt sibi deos falsos, relicto deo uero, aut fiduciam figunt in res nihili, sed etiam qui uenerantur simulachra uel dei uel deorum. Nam imagines uel simulachra statuntur uel ipsi deo uero, uel dijs falsis, ipsis, inquam, creaturis. Nō licet autem ulla imagine representare deum immensum, æternum & uiuentem in sœcula; nec licet imagine expressum uel adorare uel colere: ergo multo minus licet creaturis statuas uel simulachra consecrare ad cultum. Plurima extant scriptura testimonia contra idololatriam, ut Exodi 20. Isaiae 40. 44. Psal. 113. 1. Corinth. 5. 10. Rom. 1. Galat. 5. 1. Thess. 1. 1. Petri 4. 1. Ioan. 5. Ieremie 10. cap. Porro diligenter hic admoneo simpliciores ne sibi patiantur imponi. Nam idololatria.

Idololatria.

Iolatrae nomen subterfugere non potest qui simulachra ueneratur, metuit, illis non nihil confidit, ante ipsa procumbit, dona eis offerit, in loco celebri & honorato retinet, cæreos & incensa eis affigit, a mai, ornat, tuerit, excolit, & sacris qualibuscumque colit. Verum de idololatria diximus alias copiosissime.

Porro coluerunt quidem deum Israelis, sed non solum, uerum Non solum alios quoq; deos cum uero deo illi de quibus in historia Regum le deum ue= gimus, Et nihilominus colebant dominum : fecerunt autem sibi de rum, sed as Rouissimis sacerdotes excelsorum, & ponebant eos in phanis subli los simul mibus: & cum dominum colerent, dijs quoq; suis seruiebant iuxta cum deo co ritum gentium, de quibus translati fuerant Samariam. Et iterum, lere. Gentes itaq; illæ timuerunt dominum, & simul seruierunt sculpti libus suis: nec aliter fecerunt filij & nepotes eorum, quam patres ip= forum, usq; in presentem diem. Hoc autem malum hodie vulgare est prorsus. Inuenias enim cultores dei, quibus minime persuadeas solum deum esse colendum, imo asseuerantes hæresim esse execrabilem, negare cum deo diuos & inuocandos & colendos. Contra quos satis disputatum est alias & in hoc nostro Sermone.

Hic quoque obseruandus uenit modus & ratio uaria superstitione colendi deum. Negi enim ille duntaxat superstitione colit deū, qui in animo fingit primum quidem deum, deinde eundem simulacliro exprimit, cui mox sacrificia & incensa offerit prostratusq; coram illo adorat, & suppliciter ueneratur: sed ille in primis, qui incōmunicabiles dei proprietates creaturis communicat, licet nullo ex Proprietate primat simulachro: uel qui munera diuinitus accepta arbitratur tes dei non à diuis cœlitibus esse collata. Porro incomunicabiles dei proprie= tates sunt, omnia posse, omnia scire, ubiq; presentem esse, omnia au sunt alie dire, auxilium ferre, benignum, iustum, & misericordem esse. Certe nisi Iasas prophetarū eruditisi, & authoritatis maximq; hisce ueluti firmissimis argumentis euincit deos Babyloniorum & Gentium non 42. Oe. esse deos: quia non possunt prædicere aut scire uentura: nec possunt bene uel male facere. Proinde posse omnigenis bonis locupletare, & iustis pœnis cohercere, ita omniscium & omnipotentem esse, proprie= tates dei sunt, nulli creaturæ communicabiles: superstitiosus ergo est, qui has diuis cœlitibus tribuit, & ideo eos colit & inuocat. Oseas propheta grauiter inuehirur in Iudgos, attribuentibus dijs alie Dona dei nis munera dei, adeoq; synagogam talium nuncupat scortum uel. nō tribuerit meretricem, Filiorum, inquit, eius nō miserebor, quoniam filij sunt da sunt dijs ex scortatione suscepiti. Siquidem mater eoru scortata est, quia dixit, alienis. Ibo, sequar amatores meos, qui dant mihi aquam meam, ganem Oe. 2.

DE SOLO DEO COLENDO.

meum, lanam meam, & linum meum, oleum meū & pocula mea.
Et mox: Nec agnouit quod ego dedi ei frumentum uinū & oleum,
quodq; ei multum argenti & auri conuuli, quæ fecerunt ipsi Baal.
Nec hodie infrequens est diuis cœlitibus, non deo soli, prouentum
terra & tempestates uel temperatas uel sequas ferre acceptas. Verum
ea supersticio est non pietas.

Colere deū Præterea superstitiose colitur deus, quando solus quidē, sed tamē
sed non lessō modo legitimo colit. Illegitimus cultus proficisciatur ex arbitrio
guime.

Deut. 12. hominū, alienusq; est à uerbo & institutis dei. Legitime enim deus
colitur, quando secundum ipsius uoluntatem & uerbum colitur. In
lege sic præcepit dominus: Caue tibi ne requiras deos gentium, di-
cens: Quomodo coluerunt gentes illæ deos suos: sic ego faciam.
Non facies sic domino deo tuo, &c. Quicquid ego præcipio uobis,
id obseruabitis ut faciatis: non addes quicquā super ipsum, nec mi-

Leuit. 10. nues ab eo. Nadab & Abihu offerunt domino ignem alienū: ergo
2. Reg. 6. concremantur coram domino flamma cœlesti. Perit etiā Oza, quod

Iudic. 17. aliter contrectauisset arcam dei, quam mandarat in lege sua domi-
nus. Micha in libris Iudicū uero deo, qui appellatur Iehouah, imagi-
nem, aram, facellū & cultū instituit. Sed reprobatur à scriptura san-
cta, quia is non tantū ex scriptura diuina nō erat peccatus, sed modis

5. Reg. 12. omnibus legi diuinæ aduersabatur. Sed & Ieroboam deo Israelis
C. 13. cultum magnificum, cathedralia templa, & statuas aureas posuit:
uerum cum non congruerent cum uerbo domini, dominantur in
uniuersum omnia pro execrandis sacrilegijs. Imo quid in uniuer-
sum sentiamus de omnibus cultibus à deo: nec institutis nec cum
uerbo dei congruentibus, sed ex nostra bona intentione conficiatis,
declarat nobis unicum præstantissimi propheta Samuelis testimo-
nium, contra Saulem & eius sacrificia his pronunciatum uerbis,

1. Reg. 15. Nunquid uili dominus holocausta & uictimas, & non potius ut
obediat uoci domini? Melior est enim obedientia quam uictime,
& auscultare præstat arietum pinguedini. Quoniam quasi pecca-
tum ariolandi est repugnare: & quasi scelus idololatriæ, nolle ac-

Isaiae 65. quiescere. Huc facit quod apud Isaiam legimus: Qui bouem immo-
lat, quasi qui interficiat uirum: qui pecudem cedit, est uelut is qui iu-
gulat canem: qui offert oblationem, quasi qui ilanguinem suillum
offerat: qui recordatur iheris, benedit iniquitatem. Hęc omnia ele-
gerunt in uis suis, & in abominationibus suis anima eorum obles-
etata est. Vani itaq; & abominabiles cultus sunt, qui non reducun-

Isaiae 29. tur ad purum dei uerbum. Nam idem propheta, Frustra, inquit, co-

Math. 15. lunt me docentes doctrinas hominum.

Deus

Deus uiuus, uerus & eternus, qui solus uult ac debet adorari, invocari & coli, uera omnes homines religione donet, & ab omni superstitione uana liberet, per Iesum Christum dominum nostrum.

Filiū dei ex patre ineffabiliter genitū, consubstantiale esse patri, ideoq; deūm uerū: eundem esse hominem uerū, nobis cōsubstantialē, ideoq; uerū deūm & hominē, manet in duabus inconsuīt naturis, & in una persona indiuisa. S.B.R=

M O VI.

RE-S ipse rerumq; ordo flagitant, ut postquam in genere dixi deo, eiusq; unitate & trinitate, porro disseram sigillatim de personis adorandā trinitatis, in primis autem de domino nostro Iesu Christo uero deo & homine, deinde de spiritu sancto: quo si imbuti fuerint animi nostri, cedent omnia quæcunq; dixerimus audierimusq; ad gloriam nominis dei animarumq; nostrarum salutem. Oremus itaq;, &c.

Pater ille æternus origo & author rerum omnium æterna & ineffabili generatione filium genuit. Vniuersa enim scriptura concordat patre ab dicere deum appellat patrem, & patrem quidem æternū. Nullus autem pater aeterno genitū pater sui ipsius, sed filii pater est: & quia pater hic æternus est, natus ineffabilem filium eternum habeat oportet, e qualēm sibi per omnia, fabiliter, coæternum & consubstantiale. Certè S. Paulus ad confirmationem huius ueritatis catholicæ profert ex veteri scriptura duo testimonia, Cui, inquit, angelorum dixit unquam deus, Filius meus es *Psalmi 2.* tu, ego hodie genui te: Et iterum, Ego ero ei pater, & ille erit mihi filius: quæ omnia Christo Iesu filio dei accommodat: de quo & Michaelas testatus est, Et tu Bethlehem Ephrata, paruula quidem es in *Michaiah 5.* milibus Iuda: ex te prodibit mihi dominator in Israele: & exitus eius (sive emanationes eius) à seculo, à diebus æternitatis. Vnde ipse in euangelio secundū Ioannem dicit filius dei: Amen dico uobis, antequam Abraham fieret ego sum. Et Ioannes: In principio, inquit, *Ioan. 1.* erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Intelligit autem per uerbum non uocale illud transiens, non consiliū dei, sed filij personam. Mox enim subiungit: Et uerbum caro factum est. Scimus autem filium dei non cogitationem aut propositum dei (sicut nugantur hæretici) esse incarnatum. Atqui is qui in tempore incarnatus est, ante æterna tempora erat apud patrem, adeoq; deus uerus cum deo uero. Nam Verbum erat apud deum, inquit, & deus

K

DE C H R I S T O V E R O D E O.

erat uerbum. Quia in principio, nimirum ab eterno, erat apud deū. Hæc simplicia i scripturis tradita, ideoq; uerissima, de generatione filij ex patre sempiterna minime curiosis sufficere arbitror. Scriptura enim non explet hic curiosorum uana desideria, neq; subtiliter de his differit, imo paucula quæ credamus tradit. Quid autē illa uel non tradit uel pauculis adumbrat, salubriter uel ignoramus uel tardis inhærentes plura non inquitimus. Sanctus pater Cyrilus illud Ioannis euangelistæ exponens: In principio erat uerbum. Ne infinita, inquit, quærentes, inexplicabilis nobis fiat consideratio, quæ nunquam possit in exitum peruenire, nec principium principij dabitum, nec filium in tempore à patre genitum cōcedemus, sed æter naliter cū patre ipsum esse confitebimur. Si enim in principio erat, quæ mēs poterit unquā ultra illud Erat cōuolare: aut quando illud erat mente ita tenebimus ut cogitationes nostras nō antecedar. Merito igitur stupore percuslus clamat Isaias: Generationem autem eius quis enarrabit? Omnem enim mentem excedens, omnemq; rationem humanam superans, ineffabilis est. Et mox: Quoniam, inquit, ante sècula filius est, in tempore genitus esse non potest: sed est semper in patre quasi in fonte: sicuti ab ipso dictum est: Ego ex patre exiui & ueni. Quasi enim fontem parem intelligimus: in quo uerbum est sapientia, uirtus, character, splendor, & imago eius existens. Quare si nullam unquam erat tempus quando absq; sapientia, uirtute, charactere, splendore ac deniq; imagine sua erat pater, satrū necesse est coeternum & esse filium, qui sapientia uirtus, &c. patris æterni est. Quomodo enim character, aut quomodo imago exquisitiissima patris est, nisi pulchritudinem illius perfecte consequens sit cuius imago est? Non est autem absurdum quod diximus in patre filium tanquam in fonte intelligendum esse. Nihil enim aliud nobis nomen fontis significat quam ut ex quo: filius uero in patre & ex patre est: non profluens foras, sed aut quasi à sole splendor, aut quasi ab igne insita sibi caliditas. In his enim exemplis unū ab uno produci & ambo consempiterna sic esse conspicimus, ut aliud absq; alio nec esse possit nec naturæ suæ rationem retinere. Quomodo enim erit Sol splendore priuatus: uel quomodo erit splendor, nisi sol sit à quo defluat? Ignis uero quomodo erit calore carent: uel calor unde prodeat, nisi ex igne, aut ab alio forsan non procul à substanciali qualitate ignis disiecto? Sicur igitur quæ ab istis profluunt simul cum illis sunt unde profluunt, ac semper unde fluant ostendunt: sic in unigenito intelligendum est. Ex patre enim esse intelligitur, sed in patre etiam esse creditur: non alienus à natura, neq; post pa-

Cyrillus.

Isaiæ 53.

tr. etia

item natura secundus: sed in ipso pare semper & cum ipso, & ex ipso, secundum ineffabilis generationis modū. Hactenus Cyrillus. Et illa quidem de patre & de inenarrabili generatione filij dei firmiter secundum scripturas sunt credenda.

Porro de Filio dei teneamus & indubitanter credamus, quod p̄ Confessio de tri consubstantialis atq; ideo deus uerus sit, quod idem ille incarna filio dei Iesus pro nobis, & homo factus, in utraq; tam diuina quam humana su Christo subsistat natura, ita tamen ut naturæ hæc neq; confundantur inter se domino non nec diuidantur. Credimus enim unū atq; eundem dominum nostrum Iesum Christum uerum esse deum & hominem uerum. Quæ quidem singula per suas partes dilucide, & quantum dominus gratia dederit, demonstrabimus.

De uocabulo Homousij, quod cōcorditer Latin i uerterunt Con Filium p̄ substancialē, diu & multum apud ueteres altercatum esse testatur eccl̄ie confessio ecclesiastica historia. Quid significet & quomodo usurpatum fuerit à substantia celeberrima Synodo Nicena, breuibus & significantissime sic exposuit doctissimus & p̄fissimus Eusebius Pamphili Césarieñ, antistes. Quod parti filius consubstantialis dicitur, expressam habet significacionem, quod nihil similitudinis cum factis creaturis filius dei haberet, sed soli patri, qui ipsum genuit assimilatur, nec ex alia est substantia aut essentia, nisi patris. Et mox idem, Cui sententia ad hunc modū exposit, recte subscribi posse uisum est: quando ex ueteribus doctos ac illustres episcopos ac cōmentatores de patris & filij diuinitate differentes, homousij dictione usos esse cognouimus. Hæc Socrates historiarum lib. 1. cap. 8. Certe sancti ecclesiarū pr̄sides hæreticorum hypocriti lubricitate & malitia adacti, uocabula maxime significantia ac minime ancipitia, & ipsi usurparunt & alijs usurpanda imposuerunt, quibus partim ueritatem orthodoxam diserte exprimerent, partim dolos & artes malitiosas hæreticorum redarguerent atq; retegerent, imponerent & excluderent. Confitebatur Arius, filium dei deum esse, sed cōsubstantialē interim patri negabat, quare declarabat se non sincere confiteri ueram filij diuinitatem. Nec refert admodum si uocabulum aliquod commodum & rei explicandæ idoneum in scriptura sacra tot literis quot in aliena lingua scribitur non extet, modo illud diserte scripturis expressum legatur, quod uocabulo significatur. Proinde si ostenderimus filium eiusdem esse substantię aut naturę cum patre, adeoq; æqualem deo & similem, unumq; cum ipso, abunde demonstrauimus filium patri esse homousion sive consubstantialē. Zacharias propheta deum induens loquentem, dicit: Excitare, ô glorie, super pastorem meum, &

DE CHRISTO VERO DEO.

super virum coequalem mihi, percutie pastorem, & dispergentur oves gregis. En pastorem percussum appellat deus coequalis suum.

Matt. 26 **Ioan. 10.** **עֲמָדִים** **Quis autem sit pastor ille percussum, declarat historia euangelica, ipsum nobis dei filium dominum Iesum Christum exhibens. Nec obest sed prodest causae nostrae, quod Hierony. non legit Virū coequalē mihi, sed Virum cohārentem mihi. Nam ut ille non negat amīt significare coequalē, ita aliud reponit & que efficax. Cum enim uerit virum cohārentem mihi, intimā ipsamq; substantialem, ut sic dicam, inhārentiam sive coequalitatem patris & filij, exprime uoluit. Nam in Cōmentarijs addit. Et vir cohārens deo quis est nisi qui ait: Ego in pate & pater in me.**

Ioan. 5. Rursus legimus in euangelio Ioannis: Propterea querebant Iudei Iesum interficere, quia non solum soluisset sabbatum, (אַנְתָּךְ זָרֶבֶת יְהוָה בְּיַדְךָ) sed & patrem suum (proprium utiq; dixisset deum: & equalē (כֹּסֵף) se faciens deo. Cæterum Græci τὸν exponunt per θεούς. Nec potest illa & qualitas ullibi cōsistere, nisi in substantia. Intelligunt enim Iudei, quod Arianī uidere nolunt, dominum singulari quodam modo deum appellasse patrem suū, utiq; οὐτοῦ proprium, natuum seu genuinum, ex quo naturaliter naturalis & consubstantialis filius genitus sit. Sequitur enim: Aequalē se faciens deo, nimirum uirtute sive potētia, & aternitate & essentia. Nam idem dominus apud eundem Euangelistam dicit: Ego ex deo processi & ueni. Non tantum Veni dixit: sed Processi. Processit talis ex pate, qualis est pater substantia, certe lumen de lumine, deus uerus ex deo uero. Nam iterum Iudeis dicit: Amen dico uobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Non dicit Fui uel Erō, sed Sum, alludens ad nomen domini Iehouah, & explicans suam substantiam diuinatatis eandem esse: cum substantia patris, & iccirco se esse patri consubstantialem. Adhuc enim clarius: Ego, inquit, & pater unus sumus. Vnum, inquam, non concordia, sed idenitatis & essentia. Agitur enim eo loci de potētia & maiestate dei. Cumq; protinus Iudei lapidibus dominum ista loquutum adobruere uellent,clare satis declarauerunt quomodo intellexerint uerba eius. Lapidabant enim blasphemos, gloriam dei uel conuictijs impetentes, uel sibi ipsi starogantes.

Coloss. 1. Huc pertinet quod Paulus de filio dei loquens, ait, Qui est imago dei in cōspicui, primogenitus uniuersæ creaturæ, quod per illum creata sunt omnia. Si enim imago est dei in cōspicui, coequalis sit deo oporter. Nam alibi appellat eundem characterē dei expressam (& per omnia probissime respondentem archerypo) imaginem.

Certe

Certe imago & similitudo est rerum non disparium, sed equalium. Primogenitus autem dicitur, quia princeps & dominus est, non quod & ipse acceseatur creaturis. Omnia enim quae condita sunt, per ipsum condita sunt: ergo ipse non est creatura, sed deus uerus, naturae utique & substantiae diuinæ, unus cum patre. Ad Philippeum, idem apostolus dicit filium esse in forma dei. At in forma dei esse nihil aliud est, quam deo per omnia æqualem consubstantiam adeoque deum ipsum esse. Nam quid sit esse in forma dei, clarissime per oppositum membrum illustratur. Sequitur enim: Formam serui assumpsit. Id quod rursus exponitur per consequens: In similitudine hominum constitutus, id est, uerus homo factus, ceteris hominibus nulla dissimilitus in re, excepto peccato: quod alibi dilucide exprimitur. Et hic rursus addit: Et figura repertus ut homo. Ideoque in forma dei esse, est deo coæqualis & consubstantiale esse. Adiicit enim: Non rapinam arbitratus est, ut esset æqualis deo. Rapina enim est res aliena: nam possidetur per iniuriam. Natura ergo & propriissimo modo coæqualis est patri filius, deus uerus. Et sensus ueborum Pauli hic est: Tametsi esset filius eiusdem gloriae & maiestatis cum pare, potuisseque extra humiliationem manere in gloria, maluit se tamen exinanire, id est, hominis naturam assumere, & sese in pericula & ipsam mortem coniungere. Alioqui enim iuxta diuinatatem nihil sensit mutationis. Deus etenim est immutabilis, & uicissitudinis expers.

Ista cum ita habeant, pie S. Ambrosius libro de Fide contra Arianos cap. 5. Cum ergo hanc unitatem substantiae, inquit, in patre & filio non solum prophetica, sed & euangelica autoritate cognoscas, quomodo dicens in scripturis diuinis homousion non inueniris: quasi aliud sit homousion, quam quod dicit: Ego deo pate exiui. Et, Ego & pater unum sumus, &c. Præceptorem Ambrosium sequutus discipulus beatus Augustinus in Altercatione cum Pascentio, homousion scripturæ locis confirmans demonstrat hoc sancte in fine. de religione nostra insurpari. Id ipsum facit libro contra Maximinum Arianorum episcopum 3. cap. 14. Sed quid necesse est plura coaceruare? Spero enim dilucidis scripturæ sanctæ locis clare satis demonstratum esse, filium patri esse consubstantiam, atque ita credi oportere. Hoc ipsum consequent tractatione iterum per scripturarum testimonia non parum illustrandum fore speramus.

Deum uerum esse dei filium dominum nostrum Iesum Christum Filium dei negavit Arius cum suis cōplicibus. Scriptura uero ueracissima tam uerum esse manifeste approbat, ut nihil possit addubitare cui ueritas cordi est. deum. Recitabimus in præsensi testimonia & argumenta aliquot maxime.

DE CHRISTO VERO DEO.

perspicua, quibus interueniente spiritu sancto confirmetur fides nostra, ipsa p veritas catholica & orthodoxa illustretur.

Apud Matthæum in 3. cap. baptisato domino nostro per Iohannem Baptistam aperti sunt cœli, descenditq spiritus sanctus specie columbae super caput domini nostri Iesu Christi, protinus etiam audiatur vox e nubibus à diuina gloria sic pronunciata: Hic est filius meus dilectus, in quo placata est anima mea. Et Iohannes baptista a

Iohann. 1.

Apud Iohannem euangelistam: Vidi spiritum, inquit, descendente specie columbae de cœlo, & mansit super eum: & ego non noueram eum, sed qui misit me ut baptisarem aqua, is mihi dixit: Super quem uideris spiritum descendenter ac manentem super eum, hic est qui baptisat spiritu sancto. Et ego uidi & testatus sum hunc esse filium

Math. 16

dei. Huc pertinet quod beatus Petrus rogatus à domino: At nos

Iohann. 6.

quem me esse dicitis? omnium nomine respondit: Tu es Christus ille filius dei uiuentis. Et iterū obijcente domino: Num & uos uultis abire? Respondit rursus omnium nomine S. Petrus: Domine ad

Christus

naturalis

est dei fi-

lius.

uiem ibimus? Verba uitæ æternæ habes, & nos credimus & cognoscimus quod tu es Christus filius dei uiui. Dicimur quidem & nos

filii dei, sed per adoptionem, Christus autem non per adoptionem neq; per imputationem, sed per naturam. Nam Marci 14. dicit sumus sacerdos domino nostro: Tu es Christus ille filius benedicti?

Apud Matthæum idem ait: Adiuro te per deum uiuum, ut dicas nobis, an tu sis Christus filius dei uiui? Respondit Iesus: Ego sum. Nā

uidebitis filium hominis sedentem à dextris uirtutis, & uenientem in nubibus cœli. Id quod repetitum apparet ex 7. Danielis cap. Cœ-

terum hanc cōfessionem domini coram Pilato ueluti blasphemam morte q; expian dam adducunt, clamantes: Nos habemus legem, &

secundum legem nostram debet mori: quia filium dei se fecit. At illi ipsi in euangelica historia contra dominum intonant: Nos ē stupro

non sumus nati: unum patrem habemus deū. Certum ergo est, Iudeos non aliam ob causam accusasse saluatorem nostrum crimine maiestatis diuinæ læse, quam quod dixisset se naturalem non ad-

priuum esse dei filium. Hoc enim non erat capitale, illud erat capitale. Nam & Iohann. 5. legimus, Propterea quærebant Iudei magis in-

terficer Iesum, quia non solū soluisset sabbatum, sed & patre suum dixisset deum, æqualem se deo faciens. En habes modum quomo-

do appellari se dei filium, non per adoptionem aut reputationem, sed per naturam atq; substatiam. Nam iterum uolentibus lapidare

dominum, ipse opponit, Multa bona opera ostendi uobis ex patre

Iohann. 8.

meo, propter quod eorum honorū operum me lapidatis? Respon-

derunt

Ioan. 10.

derunt iterum Iudei dicentes: Ob bonum opus non lapidamus te, sed ob blasphemiam, nimirum quia tu homo cum sis, facis te ipsum deum. En quid poterat dici clarius? Facis te ipsum deum. Et quid oro dixerat unde hęc colligebant? Ego ouibus meis do uitam eternam, nec peribunt in æternum, neq; rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus, qui dedit mihi, maior omnibus est: & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater unum sumus. Dare uitam æternam, est uirtus diuinæ, seruare & ita seruare ut nemo de manibus possit rapere, eiusdem est uirtus. Probat autem suam assertionem dominus tali argumentatione. Nemo potest oues rapere ex manibus patris mei: ergo nemo potest rapere ex manibus meis. Probatio antecedentis: quia pater maior omnibus est: id est maximus omnium est: cuius uirtus diuina superat omnia. Probatio consequentiae, quia ego & pater unum sumus, nimirum non uoluntate dunque taxat concordi, sed potentia & maiestate de qua agitur in praesenti, non de concordia, sed pari potestate uiuificandi & conseruandi. De qua copiosissime ipse dominus disputat per integrum cap. 5. euangelij Ioannis, demonstrans se remittere peccata, uiuificare atq; excitare ex mortuis sua uirtute, perinde atq; patrem, ergo ipsum esse eiusdem potestatis & maiestatis diuine cum deo pare. Hęc sunt tam evidencia & illustria, ut si nulla alia haberemus testimonia, sola hęc abunde sufficerent pro assertione uera filii dei diuinitate, quod scilicet filius est deus uerus.

Rursus idem dominus & saluator noster magna libertate & uerborum luce absq; omni ænigmate & uerborum obscuritate palam & diserte ad discipulos dicit: Ne turbetur cor uestrum, Creditis in deum, & in me credite. Ego sum uia ueritas & uita, qui uidit me, uidit patrem. Nō creditis quod ego in patre sum, & pater in me. Ceterum est autem Christum dominum doctorem esse coelestem, ueritatis constantissimum assertorem, qui neminem nec seduxit nec potuit seducere. Sed iubet nos credere in ipsum ut deum uerum. Est itaq; dominus noster deus uerus. Nam & alibi clarissime dicit: Ego. *Ioan. 6.* sum panis uiuus, qui de cœlo descendī, qui confidit mihi, habet uitam æternam.

Idem iterum in euangeliō perspicue pronunciat, & ait, Pater uenit hora, glorifica filium tuum, ut & filius tuus glorificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut quotquot dedidisti ei, det eis uitam æternam. Hęc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum deum uerum, & quem misisti Iesum Christū. Quibus uerbis & uitiam dei contra ethnicos, plures deos colentes, afferuit, & persona-

DE CHRISTO VERO DEO.

rum distinctionem pulchre insinuauit, interim etiam se uerū deum esse cum pare prædicauit. Mox enim subiungit: Glorifica me tu pater apud temetipsum gloria, quam habui priusquam hic mundus esset apud te. Non puto hic mihi prætereundā Tertulliani argumentationem, quo minus C. V. recitat ex libro de Trinitate, in quo plurima colligit diuinatatis Christi solidissima argumēta: Si homo tantummodo Christus, inquit, quare credēdi nobis regulam talē posuit, quo diceret. Hæc est autem uita æterna, ut sciant te unum & uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Si noluisset se etiam deum intelligi, cur addidit: Et quem misisti Iesum Christū, nisi quoniam & deum accipi uoluit? quoniam si se deum noller intelligi, addidisset. Et quē misisti hominem Iesum Christum: nunc autē neq; addidit, nec se hominem nobis tantummodo Christus tradidit, sed deo iunxit: ut & deum per hanc coniunctionem sicut est intelligi ueller. Est ergo credendum secundum præscriptam regulam in dominum unum uerum deum, & in eum quē misit Iesum Christum consequenter: qui se nequaquam patri, ut diximus, iunxisset, nisi deum quoq; intelligi uellet. Separasset enim ab eo, si deum intelligi se noluisset. Inter homines enim tantummodo se collocasset, si hominem se esse tantummodo sciret: nec cum deo iunxisset, si e nō & deum nosset: nunc & de homine tacer, quoniam hominem illū esse nemo dubiat, & deo se iungit merito, ut credituris diuinitatis formulam poneret. Si homo tantummodo Christus, quomodo dicit: Et nunc honorifica me gloria quam habebam apud te priusquam mundus erat? Si antequam mundus esset gloriam habuit apud deum, & claritatem tenuit apud patrem, ante mundum fuit. Neq; enim habuisset gloriam, nisi prius fuisset qui gloriam posset tenere. Nemo enim habere aliquid poterit, nisi ipse ante fuerit qui aliquid tener. Sed enim Christus habet gloriam ante mundi institutionem: ergo ante mundi institutionem fuit. Nisi enim ante mundi institutionem esset, ante mundi institutionē gloriam habere non posset, cum ipse non esset. Sed enim homo gloriam ante mundi institutionem habere non posuit, qui post mundum fuit. Christus autem habuit: ante mundum igitur fuit: non igitur, homo tantummodo fuit, qui ante mundum fuit. Deus est igitur, quoniam ante mundum fuit, & gloriam ante mundum tenuit. Post hæc ostendit Tertull. hæc non interpretanda esse de prædestinatione, sed de substantia Christi. Sed hæc haec tenus.

Sanctus apostolus Paulus in epistola ad Romanos semel & iterum ostendit uerbis minime obscuris, dominum nostrum Iesum Christum

Christum uerum esse deum. Nam in 9. cap. de Christo loquens, dicit: Qui est in omnibus deus laudandus in secula. Notissima sunt quae idem ille scribit in 1. ad Corinth. s. cap. Diuus apostolus & Evangelista Ioannes in sua canonica diuinitatem filij tam manifeste demonstrat, ut qui non uideat, corpore & animo cæcus sit. In fine epistolæ: Scimus, inquit, quod filius dei uenit, & dedit nobis men- 1. Ioan. 5.
tem, ut cognoscamus illum, qui uerus est: & sumus in uero, in filio eius Iesu Christo. Hic est uerus deus, & uita æterna.

Iam deus est per quem uiuimus, mouemur & sumus, teste Paulus Acto. 17.
Ilo: per Christum autem dominum nostrum uiuimus, mouemur & sumus: sicut ipse clare docuit in euangelio secundum Ioannem:

Christus ergo deus est uerus,

Apud Isaiam in cap. 43. & 45. dicit dominus: Ego sum, ego sum dominus, & non est absq; me Saluator. Deus iustus & saluans non est præter me. At Ieremias in 23. cap. Christum Dauidis filium appellat Iehouah & iustitiam nostram. Item apud Isaiam de filio loquens pater: Dedi te in lucem gentium, inquit, ut sis salus mea usq; Isaie 42. ad extreum terræ. Cæterum cum non sit ullus deus alias, præter unum, nulla alia uera salus & iustitia, nisi unica illa diuina, consequens profecto est, Christum uerum esse deum patri coequalis per omnia.

Apud eundem Isaiam dicit dominus: Per meipsum iuraui, exhibit Isaie 45. de ore meo iustitiae uerbum, & non retractabitur: quia mihi flectetur omne genu, & iurabit omnis lingua. Atqui Paulus dixit: Dominus Philip. 2. natus est Christo nomen quod est supra omne nomen, ut in nomine Iesu se flectat omne genu cœlestium ac terrestrium, & infernum, omnisq; lingua confiteatur quod dominus sit Iesus Christus, ad gloriam dei patris. Proinde necesse est Christum uerū esse deum. Nam cum adoratur coliturq; cum confitemur ipsum esse dominū, id quidem non cedit ad ignominiam, sed ad gloriam dei patris. Si quidem in euangelio secundum Ioannem sic dicit dominus: Pater Ioan. 5. omne iudicium (nimirum omnia iura & omnem administrationē gloriam ac potestatem) dedit filio, ut omnes honorent filium sicut honorant patrem. Qui non honorat filium, non honorat patrem, qui misit illum. Huc ergo iam pertinet quod apud Isaiam prophetam iterum legimus: Ego dominus, hu (uel ipse) est nomen meum, & gloriam meam alteri uel alieno non dabo, &c. Dat autem gloriam suam filio: hic ergo substantia sua, secundū diuinitatem, non est alienus à patre, licet in propria persona agnoscatur. Quid quod in euangelio secundum Ioannem dominus nō dicit? Et nunc glo= Ioan. 17.

DE CHRISTO VERO DEO,

rifica tu me pater apud temetipsum gloria, quam dedisti priusquam hic mundus esset apud te: sed quam habui priusquam hic mundus esset apud te. Habui, inquam, dicit, non accepi. Quanquam scriptura & hoc uocabulo uitur non raro propter dispensationis mysterium.

Mich. 4. Apud Michæam dicunt Christiani, Omnes gentes ambulant u naquæq; in nomine dei sui, nos autem ambulabimus in nomine dei nostri. Cæterum ambulant in nomine & uia Iesu Christi, dicens in euangelio: Ego sum uia & ostium, Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, Deum ergo esse Christū quis est qui ignoret? Nam apud Ezechielem dicit dominus: Solus ego pascam gregem meum. Et mox subiungit: Pascet eum seruus meus Dauid, nimirum Christus, Dauidis filius, pastor ille uniuersa lis ecclesiæ unicus, atq; iccirco deus uerus. Oportet enim uniuersalem pastorem regem & sacerdotem æternum omniscium & omnipotentem esse, omnibus hominibus in omnibus locis præsentem. Proinde uerus deus est filius dei, quia Messias est.

Marci 2. Præterea quid oro clarius & minus cōtrouersum est, quām quod solus deus peccata remittit? Necesse est ergo nihil esse clarus & minus dubium, quām quod credimus Christum esse uerū deum. Quia est agnus dei, qui tollit peccatum mundi.

Ioan. 1. Rursus cum Christum recte appeler Paulus spem nostrā: nam & Isaias prædixit: In illo gentes sperabunt. Ieremias uero clamet: Maledictus omnis qui spem suam collocat in homine: beatus uero qui deo fidit, necessario Christum deū confiteri oportet. Nam s̄epe apud Ioannem ingeminat: Amen dico uobis, qui fidit mihi habet uiam æternam. Possem huius generis innumera ex scripturis proferre argumenta, attestantia filium dei dominum nostrum Iesum Christum unius & eiusdem esse cum patre naturæ, ideoq; deum uerum ex deo uero: uerum spero sanctis & minime contentiosis auditoribus illa quæ produximus, satisfacere.

De uera hu manaq; Restat ut demonstremus dei filium incarnatum pro nobis, & ex Maria uirgine, uerum hominē, nobis per omnia, peccato excepto, Christi car consubstantiale, esse natum. Lex, prophetae & apostoli manifestissima nobis exhibent uerae carnis uel humanitatis filij dei argumenta. In Lege enim dicit dominus: Semen mulieris conculcabit caput serpentis. Cæterum caput serpentis, quis nesciat esse diabolii regnum, uim, uel potestiam? Hanc autem fregisse Iesum Christum, tota attestatur scriptura. Atqui hic nuncupatur semen mulieris. Et semen quidem propriæ ueritatem humanæ naturæ: semen autem mulieris

Gene. 3.

mulieris, non uiri, propter conceptionem ex spiritu sancto & natuitatem ex Maria uirgine factam. Et quoniam haec fuit filia Davidis, Abrahæ & Adam, consequens est filium Mariæ uerum esse hominem. Quemadmodum enim Adamo dictum audiuius: Semē mulieris conculcabit caput serpentis: ita eandem promissionē Abrahā renouatam & inculcaram legimus hīc uerbis: In semine tuo Gene. 22. benedicentur omnes gentes orbis. Paulus uero ad Galatas manifeſtū dicit: Semen hoc Abrahæ, in quo benedictionem consequimur, Christum esse Iesum. Idem apostolus: Nuspiā, inquit, angelos assūmit, sed semen Abrahæ assūmit: per angelos utiq̄ excludēs qualuis substantias spirituales, per semen Abrahæ ipfissimam intelligens humanæ carnis substantiam. Nam subiungit: Vnde debuit per omnia similis fratribus esse. Et quoniam hi communicant carne & sanguine, & ipse similiter particeps factus est eorundem. Certe scriptura linéam prosapiæ Christi diligentissime deducit ex lumbis Abrahæ in Iacobum, & ex hoc rursus in Iudam, inde rursus in Dauidem. Huic renouantur iterum promissiones de incarnando dei filio. Nathan enim Dauidi dicit: Sic dicit dominus: Cum cōpleti fuerint dies tui, 2. Reg. 7. dormierisq̄ cum patribus tuis, excitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, regnumq̄ eius firmabo. Is exiuet domum nomini meo: & ego confirmabo regni eius solium in æternū. Necq; est quod haec quisquam interpretetur de Solomone. Hic enim uiuente patre Dauide natus, regnumq; eius cito dilapsum est. Ceterum Nathan loquitur de filio qui sit Dauidi nascendus post mortem. Cum dormieris, inquit, cum patribus tuis, excitabo semen tuū post te. Et quale hoc futurū sit, manifestissime declarat, & ait, Quod egredietur de utero tuo. Nam & Psalm. 132. legimus, De fructu uenoris tui ponam super sedem tuam. Porro uirgo Maria Dauidici fuit seminis propago, ex qua genitus est Christus dominus, de quo loquens angelus, & uetus illa exponens uaticinia, ad uirginem dicit: Et dabit illi dominus sedem Dauid patris ipsius, regnabitq; Luce 1. super domum Iacob in æternū: & regni eius non erit finis. Huc quoq; pertinet quod Elisabetha dicit ad uirginē ex Galilæa in montana Iudeæ uenientem: Et unde hoc mihi ut ueniat mater domini mei ad me? Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uenoris tui. Certe Mathæus & Lucas ex prosapia & ueluti lumbis Dauidis lineam Christi deducunt in ipsam uirginem Mariā, quæ Matth. 1. concipit ex spiritu sancto, id est, fœcundante ipsam spiritu sancto. Eadem mensibus completis, quibus absoluitur fœtus, peperit: qui uero natus est, modis omnibus apparet homo uetus: collocatur in

DE CHRISTO HOMINE VERO.

præsepio fascijs inuolutus, crescit & adolescit pro ratione corporis humani, fatigatur, recreatur, gaudet, dolet, esurit, fuit, edat, bibit, metuit, deniq; moritur. Id quod multis approbat ueritas euangelicæ historiæ. Nec ipsa erubescit scriptura Mariam appellare matrem domini, non utiq; putatiuam, sed ueram & naturalem, utpote quæ de proprij corporis substantia ueram carnem & humanam substantiam dedit filio dei, attestante cum Isaia angelo dei, ac dicente: In utero cōcipiet uirgo & pariet filium. En in utero dicit. Et rursus apud Matthæum dicit angelus idem: Quod in illa conceptū est, à spiritu sancto profectum est. Vnde apostolus ad Galatas dicit filium dei factū esse ex muliere, nimirum secundum naturam humanam. Est enim Christus fructus uenitris Davidis, & uirginis Mariæ, genitæ ex lumbis Davidis. Sed & Ioannes apostolus & euangelista, Verbum, inquit, caro factum est, & habitauit in nobis. Carnem nuncupans deum, uerum utiq; hominem appellat. Nam idem apostolus alibi:

Ioan. 4.⁺ Omnis spiritus, ait, qui cōfiteretur Iesum Christum in carne uenisse, ex deo est: & omnis spiritus qui non confiteatur Iesum Christum in carne uenisse, ex deo non est. Libere ergo pronunciamus, Valentini, Marcionem, Apellem & Manicheum, negantes ueram Christi carnem, esse ex diabolo, & ideo modis omnibus unā cum omnibus ipsorum sectatoribus fugiendos. Locum autem de uera Christi carne hisce dilucidissimis Pauli uerbis cōcludimus: Cum Christus esset in forma dei, semetipsum exinanivit, formam serui accipiens, in similitudine hominum constitutus, & figura reperiens ut homo: humiliauit semetipsum, factus obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis. Proinde indubitatum est, dei filium ueram & humanam assumpisse carnē, & in ea nobis per omnia, peccato excepto, esse consubstantialem.

Resuscita-
tus uerita-
tem corpo-
ris non de-
posuit do-
minus. Negi uero resuscitatus ex mortuis dñs noster, tametsi clarificatus, veritatē corporis sui semel assumpsi depositus. Et clarificatio ueritatē naturę non abolet. Dicit enim discipulis: Spiritus carnē & ossa non habet, sicut uideris me habere. Proinde ueram illā suam carnem secum uexit in cœlū, in uera carne apparet pro nobis semper in conspectu dei patris, in uera carne uenitrus est iudicare uiuos & mortuos, in uera carne uidebunt eum qui cōfixerunt ipsum. Secundum hanc naturam Christus (qui iuxta diuinitatem non creatura, sed creator est) creatura est. Habet enim caro Christi initium, descenditq; ex Adamo, qui est creatura dei uiuentis. Et quamvis hęc satis communia sint robore scripturarum, non pigebit tamen C. V. recitare sententiam beati patris Cyrilli, quam eadem de re hisce uerbis in epistola

epistola ad Successum episcopum Iauriq Diocesarien, scriptam reliquit, Quia in tuo Cōmonitorio tale quippiam reperi, quasi post resurrectionem, sancta caro Christi saluatoris omnium nostrūm, in deitatis sit conuersa naturam, ita ut iam tota diuinitas sola esse uideatur oportere, credidimus etiā ad hoc darerеспонsum. Et post aliquot uerba, Post resurrectionem erat quidem corpus ipsum, quod passum fuerat, ueruntamen iam non habens in se infirmitates humanas. Non enim illam patientē famis laboris uel similis alicuius asserimus, sed iam incorruptibile confitemur. nec hoc solum, sed & uiuificum. Virū enim corpus est, id est, unigeniti filii dei, glorifica-
tum est claritate deo dignissima, & intelligitur dei corpus. Iccirco si quis illud diuinum dicat, sicut & hominis humanum, à decentissi-
ma ratione non deuiat. Vnde puto beatissimum quoq; Paulum
dicere: Etsi cognouimus secundum carnem Christum, nunc tamen 2. Cor. 5:1
non nouimus. Dei enim, ut dixi, proprium corpus existens, omnia
humana transcendit. Conuerzionem autem in deitatis naturam, cor-
pus ē terra non potuit sustinere. Hoc enim impossibile est: alioqui
deitati derogamus tanquam factae, & uelut assumpto aliquid in se,
quod eius iuxta naturam proprium non sit. Dehinc & qualis proba-
tur ineptiae dicere conuersum esse corpus in deitatis naturam, & il-
lad quod uerbum sit in carnis substantiam commutatu. Sicut enim
hoc impossibile est: quia inconuertibile & incommutabile compro-
batur: ita etiam illud non est possibile in deitatis essentiam uel na-
turam aliquid creaturarum posse conuerti. Est autem creata etiam ca-
ro. Ideoq; diuinum quidē dicimus corpus Christi, quia corpus est
dei & ineffabili gloria illustratum, incorruptibile & iam sanctum
atq; uiuificum confiteamur: quod autem in naturam deitatis sit im-
mutatum, neq; sanctorum patrum quisquam sensit aut docuit, neq;
nos ita sentimus. Hæc Cyrillus. Theodoreus uero Cyri episco-
pus, dialogo 2, Eranist, Ostendam, inquit, corpus domini etiā post
ascensionem corpus uocari. Audi ergo Paulum dicentem: Nostra
cōuersatio in cælis est, ex quo expectamus Seruatorem dominum
Iesum, qui transformabit corpus humilitatis nostræ, ut sit conforme
corpori gloriæ ipsius. Non est ergo mutatum in aliam naturam, sed
mansit quidem corpus uerum diuina gloria impletum, & lucis e-
mittens radios. Sin autem illud in aliam naturam mutatum est, eo-
rum quoq; corpora similiter mutabuntur. Fient enim illi confor-
mia. Sin autem corpora sanctorum seruant suæ naturæ charac-
tem, corpus quoq; domini similiter habet suam substantiam im-
mutabilem. Tantum Theodoreus ille,

DE CHRISTO HOMINE VERO.

Christū ha Porro quando profitemur Christum ueram habere carnem, nō
bere ratio intelligimus inanimaram carnem. Confitendum est enim Christū
nalem ani habere animam rationalem sive humanam, non expertem mentis.
man.

Arius docebat dei filium solam assumptissimam carnem absque anima,
uerbum autem fuisse animæ loco. Et Apollinarius animam Christo
tribuebat, sed adimebat mentem, rationalem esse negans. Scri-
ptura & animam Christo tribuit, & animæ non adimit mentem.

Matth. 20 Ipse dominus dicit in euangelio: Filius hominis uenit, non ut sibi
ministretur, sed ut ipse ministret, utq[ue] de animam suam redemptio-
nem pro multis. Idem Matthæus de ipso scriptum reliquit: Cœpit
affici dolore & mœstitudine. Et dixit Iesus: Tristis est anima mea us-
que ad mortem. Et alibi ipse dominus: Nunc anima mea turbata
est, ait. Quod si hæc anima Christi mente destituta fuit, quæ possis-
ma animæ portio est, quomodo animam habuit? quomodo tristari
& intelligere, desiderare & meminisse potuit? Desiderio, inquit do-
minus, desiderauit hoc pascha manducare uobiscum antequam pa-
titat. Desiderium uero ex deitate non existit, neq[ue] ex sola carne, neq[ue]
ex anima mētis exorte, sed ex perfecta humanitate corporis & men-
tis. Præterea legimus in euangelio dixisse dominum: Filius homi-
nis nō uenit ad perdendum animas hominum, sed ad seruandum.
Iccirco non solam carnem, sed & rationalem assumpsit animam.

Homo enim & anima & corpore perierat: ut ergo anima & corpo
re seruaretur, uere humanum corpus & rationalem animam assu-
mptis seruator Christus, hoc est perfectissimum hominem. Secundum
scripturas itaq[ue] confixerit ueram fidem docens beatus Athanasius, di-
xit, Christus deus est, ex substantia parris, ante sæcula genitus: & ho-
mo ex substantia matris in sæculo natus. Perfectus deus, perfectus
homo, ex anima rationali & humana carne subsistens.

Hæreticus His usq[ue] hoc demonstrauimus Christum Iesum dominum no-
error & ue strum esse deum uerum & hominem uerum, consubstantiale p-
ritas ortho tri secundum diuinitatem, nobis autem cōsubstantiale secundum
doxa circa humanitatem. Nam animam rationalem & carnem habet uere hu-
misterium manam: dicens, us porro de coniunctione uel unione harum natu-
incarnatio raru in una personā: qua in re turpiter à quibusdā ueteribus quon-
dam aberratū esse tradunt historiz. Eutyches enim constituebat in
Christo unā tātum naturā, eamq[ue] ex diuina & humana compositā:
id est, confusam, à quo non longe recesserunt Monothelites, unam
dunataxat in Christo uoluntatem agnoscentes. Illam carbonarium
uitare uolens Nestorius, incidit in calcariam. Confitens enim duas
naturas, totidem personas asseruisse uidetur, docens uerbum carna
non

non unitum esse in eandem personam, sed inhabitasse duntaxat: unde & diuam virginem deiparam appellari uerabat. Cōtra quos communis totius ecclesiae, secundum scripturas sentientis assertio, tradidit, duas in Christo naturas, naturarumq; proprietates esse confitendas, quæ ita coierint in unam personam indiuisam, ut nec diuina natura mutata sit in humanam, neq; hæc in illam, sed utraque suum retineat ingenium, subsistant autem utraq; in unitate personæ. Vnus enim atq; idē Christus secundum ingenii diuinę naturę, immortalis, secundum ingenium humanæ naturę, mortalis, atq; idem ille deus immortalis & homo mortalis, unicus est salvator mundi. De qua re dicemus modo, deo aspirante, paulò plura & explicationa.

De ipsa coniunctione diuinitatis & humanitatis uera in Christo, non spinose neq; subtiliter disputatione prophetae & apostoli, diuinitatis Simpliciter enim loquentes dixerunt: Deus homo factus est. Vel, & humanus Deus hominem assumpsit. Nam Ioannes apostolus & euangelista, tatis. Verbum, inquit, caro factum est. Id est, deus homo factus est: uel dei *Ioan. 1.* uerbum incarnatum est. S. Paulus, Deus, ait, manifestatus est in carne *2. Tim. 3.* ne. Et iterum, Filius dei nuspian angelos assumit, sed semen Abras *Heb. 2.* hæc assumit. Secundum apostolorum ergo doctrinam explicantes coniunctionis diuinæ & humanæ naturæ in Christo mysterium, dicimus, Deus incarnatus uel homo factus est. Deus hominem assumpsit. Deus in carne humana apparuit uel manifestatus est. Subtiliora his rimari uelle, est se in ingentia cōiūcere pericula. Sunt qui in his plenius exponendis utuntur uocabulis societatis, participationis & communionis, nec citra autoritatem scripturarum, Paulo dicente, Quia pueri communionem habent cum carne & sanguine, & ipse *Heb. 2.* similiter particeps factus est eorundem.

Cauendum hic tamen in primis, ne coniunctas naturas in una Christum persona confundamus, aut proprietatibus suis spoliemus. Nā deus utraq; natura sua est æternus & immutabilis, deus itaq; idem semper manens, non commutatur in humanam uel in ullam aliam naturam, nere imperi sed humanam sibi coniungit, sociat, assumit, adeoq; unit. Rursus mixtas. nisi humana natura creature maneat, & hoc ipsum sit, quod dicitur, humana non est, manens ergo hæc in sua substantia assumitur à diuina. Proinde manent in una Christi persona duæ naturæ, diuina & humana, & utraq; retinet suum ingenium suamq; proprietatem. Id quod aliquot scripture locis iam ostendemus. Iffaias in capite septimo, Virgo, inquit, concipiet & pariet filium, & uocabitur nomen eius Immanuel. Virgæ in Christo agnoscit naturā, nam secundum diuinam appellatur Immanuel, id est, nobiscum deus:

DE VTRAQVE IN CHRISTO NATVRA.

- Ista. 9.* Secundum humanam cōcipientur & nascitur. Idem proposita, Puer natus est nobis, inquit, & filius datus est nobis, &c. Datur enim qui ab æterno est: nascitur autem qui in seculo esse incipit. Proinde unus atq; idem & diuinam & humanam retinet naturam. Nam & Micheas dicit: Et tu Bethlehē Ephrata, paruula quidēm es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur qui dominator sit in Israele: & exitus eius à seculo, à diebus æternitatis. En quid poterat dici clarius? Unus atq; idem duplices habet natales, quatenus enim deus est, generatio eius est à diebus æternitatis: quatenus uero homo est, nascitur in Bethlehem. Proinde unus atq; idem Christus deus uerus atq; homo uerus est. Rursus interrogat in euangelio secundum Matth. 22. Matthæum dominus phariseos, & ait: Quid uobis uidetur de Christo, cuius filius est? Dicunt ei: Dauidis. Ait illis: Quomodo ergo David in spiritu uocat eum dominum, dicens: Dixit dominus domino meo: sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Si ergo Dauid uocat eum dominum, quomodo si filius eius est? Quasi dicat: Cum Christus extra contouersiam sit filius Dauidis, & hic eundem, non ex affectu humano, sed ex spiritu sancto appelleat dominum, nimirum deum uerum eiusdem potestatis cum patre, consequens est Christum & hominem uerum & deum esse uerum. Angelus Gabriel utrancq; hanc naturā non minus clare designans, uirgini Mariæ dicit: Quod nascetur sanctum, uocabitur filius dei. Nascitur enim ex uirgine homo uerus, ex homine uero: atqui hic est filius dei. Nam & Elisabetha appellat uirginem matrem domini, nimirum dei. Præterea in euāgelio Ioannis legas plurima huius generis, quæ utrancq; in eodem Christo naturam, ueluti dígito demonstrent. Creditis, inquit dominus, in deum, & in me credite. Et iterum, Pater maior me est. Item, Exiui à patre, & ueni in mundum: iterum relinquo mundum, & uado ad patrem. Rursus Marci 14. alibi, Pauperes semper habebitis uobiscum, me non semper habebitis. Matth. 28. Et iterum, Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad summationem seculi. Quæ quidem sententiae ueluti contrariae non possunt simul esse ueræ, nisi agnoscamus Christum retinere naturarum proprietates in confusas uel impermixtas. Paulus ad Romanos manifeste dicit se uocatum apostolum ad annunciatū euāgelium dei, quod antea promiserit per prophetas suos, in scripturis sanctis, de filio suo, qui genitus sit ex semine Dauidis, secundū carnem, declaratus autem sit filius dei, per potentiam, spiritum sancti, ficationis & resurrectionem ex mortuis. Agnoscit ergo utraque naturam in Christo apostolus. Nam secundū carnem, inquit, Christus est

stus est Davidis filius: si uero spectemus potentiam miraculorum, uiaificam ex mortuis resurrectionem, & quod Christus spiritu sanctum mituit, & omnes fideles sanctificat, apparet cum qui Davidis filius est, secundum carnem, deinde quoque esse filium, secundum diuinam potentiam. Idem apostolus pari evidencia & luce in 2. cap. ad Philip. utrangle in Christo naturam assertit. Quoniam uero is locus iam scriptus adductus est, ad alia transeo citanda.

Sanctus Augustinus non suam duntaxat, sed totius ecclesie in Nō misericordia orbe suo sacerculo floremis, confessionem fidei exponens, epistolam ad Dardanum 57. sic scriptum teliquit: Noli dubitare ibi nunc funduntur esse hominem Christum Iesum unde uenturus est, memoriterque naturae in cole, & fideliter tene Christianam confessionem: quoniam resurrexit a mortuis, ascendit in cœlum, sedet ad dexteram patris, nec aliud de quam inde uenitur est iudicare uiuos & mortuos: & sic uenit illa angelica uoce testante, quemadmodū ire uisus est in cœlum, id est, in eadem carnis forma atque substantia, cui profecto immortalitatem dedit, naturam nō abstulit. Secundum hanc formam non est putandus ubique diffusus. Cauendum est enim ne in diuinitatem astruamus hominis, ut ueritatem corporis auferamus. Non est autem consequens ut quod in deo est, ita sit ubique ut deus. Nam & de nobis ueracissima scriptura dicit, quod in illo uiuimus, mouemur & sumus: nec tamen sicut ille ubique sumus, sed aliter homo ille in deo, quoniam aliter & deus ille in homine proprio quodam & singulari modo. Vna enim persona deus & homo est, & utrumque est unus Iesus Christus, ubique per id quod deus est, in cœlo autem per id quod homo. Idem enim author paulo post: Spatia, inquit, locorum tolle corporibus, nusquam erunt, & quia nusquam erunt, nec erunt. Tolle ipsa corpora qualitatibus corporum, non erit ubi sint, & ideo necesse est ut non sint. Et in fine epistola idem ille dicit: Christum dominum nostrum unigenitum dei filium, patri coæqualem, eundemque hominis filium, quo maior est pater, & ubique totum presentem esse non dubites tanquam deum, & in eodem templo dei esse tanquam inhabitantem deum, & in loco aliquo cœli propter ueri corporis modum. Hoc ipsum adhuc suscitus idem ille exponit Translatu in Ioan. 50. & contra Felicianum Arianum cap. 9. 10. & 11. item de Agone Christ. cap. 24. usque ad 27. Quibus coniungemus & S. martyris Vigilius episcopi Tridentini testimonium. Is enim contra Eutychem pro assertione uiriusque in Christo naturae disputans, dicit: Si uerbi & carnis una natura est, quomodo cum uerbum ubique sit, non ubique inueniatur & caro? Nam quando in terra fuit, non

DE UNITATE PERSONAE IN CHRISTO.

erat utiq; in cœlo: & nunc quia in cœlo est, non est utiq; in terra: &
in tantum non est, ut secundum ipsam Christum spectemus uen-
tum de cœlo, quem secundum uerbum nobiscum esse credimus
in terra. Igitur secundum uos aut uerbum cum carne sua loco con-
tinetur, aut caro cum uerbo ubiq; est. Quando una natura contra-
rium quid & diuersum non recipit in seipsa. Diuersum est autem &
longe dissimile circumscribi loco & ubiq; esse: & quia uerbum ubi-
que est, caro autem eius ubiq; non est, apparer unū eundemq; Chris-
tum uiriusq; esse naturę: & esse quidem ubiq; secundum naturam
diuinitatis suę, & loco contineri secundum naturam humanitatis
suę, creatum esse & initium non habere: morti subiacere & mori
non posse: quod unum illi ex natura uerbi, qua deus est: aliud ex na-
tura carnis, qua idem deus homo est. Igitur unus dei filius idemq;
hominis factus filius, habet initium ex natura carnis suę, & nō ha-
bet initium ex natura diuinitatis suę: creatus est per naturam carnis
suę, & non est creatus per naturam diuinitatis suę: circumscribitur
loco per naturam carnis suę, & loco non capitur per naturam diu-
nitatis suę: minor est etiam angelis per naturā carnis suę, & æqua-
lis est pari secundum naturam diuinitatis suę: mortuus est natura
carnis suę, & non est mortuus natura diuinitatis suę. Hæc est fides
& confessio catholica, quam apostoli tradiderunt, martyres robora-
uerunt, & fidèles nunc usq; custodiunt. Haec tenus Vigilij marty-
ris & episcopi uerba recitauimus, in hoc ut pulcherrimus intelliga-
tur consensus scripturæ sanctæ, ecclesiæ uniuersalis & piissimorum
patrum atq; doctorum in hoc dogmate, quo cōfitemur in Christo
utriusq; naturæ proprietates inconfusas manere.

Christū in Rursus modis omnibus cauendum est, ne propter naturarū pro-
una perso- prierates afferendas retinendasq;, discerpamus unitatem personæ:
na manere quasi duo sint Christi, quorum alter passibilis & mortalís, alter sit
indivisum, impassibilis & immortalis. Nam unus & idem est Christus, qui se-
cundum diuinitatem immortalis, secundum humanitatem morta-
lis agnoscitur. Nestorius negabat diuam uirginē Mariam esse dei
genitricem. Dicebat enim deum immutabilem, & iccirco innascibi-
lem esse matrēq; carere. Vnde orta suspicio quod dominū nudum
esse hominem diceret, & dogma Pauli Samosateni & Photini tue-
retur. De qua re multis agit Socrates historiarum lib. 7. cap. 32. Poco
cauit autem cōtra scripturam & ueram fidem Nestorius. Elisabethi
enim Zachariae uxor, & mater beati Ioannis baptistæ, spiritu sancto
plena, disertis uerbis diuam uirginem saluat & prædicat maurem
domini, id est, matrem dei. Et quamuis diuina natura generationis.
8 cor-

Ex corruptionis exors sit, certissimum est tamen eum quem Maria peperit, reuera deum esse. Nam quod ex ipsa natum est (sit angelus) filius dei est: peperit ergo deum: ac merito appellatur dei genitrix. Si enim deum non genuit, nudum hominem peperit, nec dei filius hominem inseparabiliter sibi sociavit. Ad eundem modum cum deus natura sua sit immortalis, mori certe non potest: si uero quis ea de causa absolute negaret deum pro nobis crucifixum & oblatum, adeoque mortuum esse, contradiceret Paulo dicenti: Si ipsum cognoscis, 1.Cor.2. uisissent, haudquam dominum gloriae crucifixissent. Quis uero nesciat deum gloriae uel deum gloriosum non posse crucifigiri? interim cum ille qui secundum carnem patiebatur & cruci affigebatur, deus erat, non nudus duntaxat homo, recte dicimus deum pro nobis passum & cruci esse affixum; licet is qui passus sit, secundum id solum passus sit, quod pati potuit. Nam Petrus apostolus, Christus, 1.Pet.4. inquit, passus est pro nobis carne. Eundem sequuta synodus Tolestanica prima, in hæc uerba decreuit, Si quis dixerit aut crediderit deitatem nascibilē esse, anathema sit. Si quis dixerit uel crediderit deitatem Christi convertibilem fuisse uel passibilem, anathema sit. Si quis dixerit uel crediderit deitatis & carnis unam in Christo esse naturam, anathema sit. Et Damasus episcopus Romanus. Si quis dixerit, inquit, quod in passione crucis dolorem sustinuerit filius dei & deus & non caro cum anima, quam induit forma serui, quam sumpsit, sicut dixit scriptura, anathema sit. Ergo cum Paulus dicit deum sibi Act.20. acquisuisse ecclesiam suo sanguine, quis tam insanus ut credat diuinam naturam habere, uel unquam habuisse sanguinem: interim quis tam stupidus ut non uideat carnem quam deus assumpsit habere sanguinem, cumque deus id quod assumpsit non reputet uelut alienum, sed proprium, rectissime dicimus deum proprio suo sanguine redemisse mundum. Vnde & Theodoretus Cyri episcopus dialog. Eran.3, sub finem dixit: Si Christus est & deus & homo, ut & sacra docet scriptura & beatissimi patres perpetuo prædicarunt, ut homo ergo passus est, ut deus autem mansit impassibilis. Quando uero corpus uel carnem uel humanitatem passam esse dicimus, diuinam naturam non separamus. Sicut enim unita erat & esurienti & siuenti & defatigatae: quineriam dormiçii & de passione subeunda tristitia & mero re conseruata, nihil horum quidem suscipiens, sed ei permittens ut nature affectiones & passiones susciperet: ita etiam ei coniuncta erat dum crucifigeretur, & concessit ut perageretur passio, ut passione mortem solueret, dolorem quidem ex passione non suscipiens, passionem autem sibi adaptans & accommodans,

DE COMMUNICATI^EN IDIOMAT.

ut poie templi sui & carnis coniunctæ, per quam etiam membra Christi appellantur qui crediderunt: & eorum qui crediderunt ipse caput appellatus est. Hæc ille.

De communicatione idiomati. Hæc figura loquendi appellatur ab alijs *analogia*: alteratio uel mutatione, à Ioan. Damasceno *avilatiois* mutua largitio uel alternata attributio. Vulgo nominari solet idiomati communicatio, nempe cum alteri naturæ ea proprietas communicatur, quæ propriæ est alterius.

Ioan. 3. Verbi gratia, Nemo ascendit in cœlum, ait dominus, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Certè non erat tunc humana natura in cœlo, cum hæc loqueretur dominus, sed in terra, quia tamen assumpta est caro in societatem diuinitatis, huius proprium, humanitati communicatur. Et Fulgenius episcopus hanc interpretationem agnoscens libro ad Traſimundum regem secundo, sic reliquit scriptum: Non(hoc dixit) quia humana Christi substantia fuerit ubique diffusa, sed quoniam unus idemque filius dei atque hominis filius, uerus deus ex patre, sicut homo uerus ex homine, si cert secundum ueram humanitatem suam, localiter tuc esset in terra, secundum diuinitatem tamen (quæ loco nullatenus continetur) cœlum torus impleret & terram. Hæc ille. Proinde diligenter observandæ sunt sententiaz de Christo in euangelicis & apostolicis scriptis testantes. Quædā enim peculiariter referuntur ad diuinam eius naturam, quales illæ sunt, Ego & pater unū sumus. Antequā Abram fieret ego sum. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Ipse est ante omnia, imago dei inconsipi cui, per quem condita sunt omnia. Quædam uero referuntur singulariter ad humanam eius naturam: siue ad missionem dispensationisque mysteriū: cuius generis illæ sunt: Pater maior me est. Minuisti eum paulò minus ab angelis. Tristis est anima mea usque ad mortem. Sunt rursus testimonia quæ ad uirancu respiciunt naturam, neutri uero seorsim satis congruunt. Talia sunt hæc: Caro mea uerus est cibus, & sanguis meus uerus est potus. Potestatem habeo remittendi peccata, excitandi in uitam quos uolo, iustitiam & sanctitatem conferendi. Ego sum pastor, ostium, lux, uia, ueritas & uita. Nemo uenit ad patrem, nisi per me. Hæc enim ueram Christi substantiam nobis proponunt atque commendant, ueri, inquam, saluatoris & mediatoris dei & hominis personam. Nam nemo remittit peccata, nisi solus deus. Rursus non remittuntur hæc sine morte & sanguinis effusione: sicut testatur apostolus in 9. cap. ad Hebreos. Rursus sunt testimonia quæ non possunt expediti commode nisi per communicationem idiomatum. De qua hæc sufficere spero.

Heb. 2.

Ioan. 6.

Ioan. 10.

Rursus

Retsus personam mediatoris dei & hominis minime lacerat, Nō discers
 qui quis propter unionem naturarum non tam late extendit huma pitur perso
 nitatem, quam late diffunditur (ut sic dicam) diuinitas. Nā in euāna Christi.
 gelio secundum Matthæum non ingreditur corpore suo domum Matth. 8.
 Centurionis dominus, cum tamen dubium non sit, diuinitate p̄f
 sente nō absente, curatum esse morbum famuli Centurionis. Quis
 autem dixerit ideo dissoluiam esse personā à beato Matthæo quod
 humanitatem Christi non extenderit ad diuinitatem usq? Angeli
 de corpore Christi resuscitato ex mortuis & iam glorificato, mulie
 bus loquentes, dicunt: Non est hic, Surrexit. At non ignoramus u= Marii 16.
 bique esse diuinitatem. Et tamen non disfluerunt indissolubilem
 personam angeli, quod humanum Christi corpus diuinitati non
 æquarunt per omnia. Illi ipsi angeli non lacerant personam Christi Act. 1.
 cum sublatio ex monte oliuarum eius corpore in cœlos, ipsi astan
 tes in terris testificantur, ad eum modum redditurum ad quem mo
 dum recedentem uiderunt. At quis dominum tunc quoque eis
 præsentem fuisse negare audeat? In cœlis ergo est non in terris, se
 cundum uerū corporis modum, ubiqz autem in cœlis & in terris do
 minus noster secundum infinitam ipsius diuinitatem. Homo con
 stat anima & corpore, & hęc naturis inter se diuersissima, unam per
 sonam non duas constituant. Quisquis autem cuicq suum propriū
 attribuit & defendit, personam minime discindit. Dormit corpus,
 anima non dormit: hęc propria partium, non efficiunt duas perso
 nas. Huc pertinere uideretur quod Theodoreus in 3. Dialogo scri
 ptum reliquit, dicens: Naturalem animę & corporis unionem non
 soluimus, sed nec à proprijs corporibus animas separamus: sed ea
 quæ sunt naturarū propria consideramus. Quando ergo dicit scri
 pture: Exulerunt autem Stephanum uiri pij, & fecerunt planctum
 magnum super ipsum, diceſne animā cum corpore esse sepultam?
 Non opinor, Et quando audieris Iacob patriarcham dicentem: Se
 pelite me cum patribus meis, intelligis id de corpore nō anima esse
 dictum. Interim legis: Illic sepelierunt Abraham & Sarah uxorem
 eius, &c. In quibus corporis non meminit scriptura, sed per nomi
 na animam simul & corpus significauit. Nos autem recte diuidi
 mus & dicimus animas esse immortales, sola autem corpora pa
 triarcharum sepulta esse in spelunca dupli. Ita nos quoq dicere
 consueuimus, in hoc uel illo loco, hic uel ille sepulus est: & non di
 cimus corpus huius uel illius, sed hic uel ille. Quicunq autem sangu
 mentis est, scit nos loqui de corpore. Ita cum euangelista toties me
 minissent corporis Christi sepulti, tandem personæ nomen posuer

DE C H R I S T O R E G E.

runt & dixerunt: Iesum positum esse in monumento, &c. Haec
Theodoreetus.

Cum uero extra controuerfiam sit, hanc fidem & doctrinam a
temporibus Christi ad nostram usque etatem, in sancta dei ecclesia
floruisse, & contra inumerosathanæ & haereticorum assultus fir-
missimam perfittiisse, atq[ue] illa ipsa scripturarum testimonij & san-
ctarum synodorum symbolis tradita & confirmata sit, hortor C. V.
ut inuocato Christi nomine, in ea perseueremus, & Christo uero deo
& homini uera agglutinati fide & obedientia perpetuas agatis gra-
tias, adorantes regnante in secula seculorum.

De Christo rege & sacerdote, de regno & sacerdotio eius uni-
co & aeterno, & de nomine Christiano. SERMONE VII.

DE M O N S T R A V I C. V. Christum Iesum domi-
num nostrum uerum esse deum & hominem, id quod
luculentiore habebit utilitatem, si intelligamus quis
eius rei fructus sit. Is uero potissimum cognoscitur ex
officijs Christi domini. Hic rex est & sacerdos populi dei, regnum
ergo habet & sacerdotium: quæ si paulo diligentius expenderi-
mus, aperient nobis maximum diuinitatis & humanitatis Christi
fructum.

*Christus
est rex uni-
uersorum.* Rex est Christus Iesus, ergo & dominus est uniuersorum, rector
& gubernator omnium quæ in celo sunt & in terra, in primis ip-
sius ecclesiarum catholice, quæ est communio sanctorum: & quia rex
est ac dominus, certè pro regali munere liberator siue assertor, uin-
dex ac defensor, deniq[ue] & legislator est electorum. Hic enim contri-
uit caput serpenti, fortem illum, populi dei seuissimum hostem, al-
ligavit superatum, & diripuit spolia. Eripuit electos e potestate te-
nebrarum, & reposuit in libertatem filiorū dei, ut simus eius pecu-
lium, sanguine regis nostri sanctificati, populus acquisitionis, qui
seruiamus ei in iustitia & sanctitate. Ipse humilis benignus & cle-
mens est, quod de eo etiam euangelica historia ex Zacharia repetit
Matth. 21. Ipse pro nobis uigilat, ipse defendit & tuerit nos, ipse om-
ni bonorum genere nos ditat, instruit contra hostes armis spiri-
tuallibus, & uires resistendi & uincendi liberaliter confert. Ipse tem-
*Christus
est monar-
cha.* Matth. 21. pluma dei electis Chanancis repurgavit, iniquas leges scidit, ab illis
nos liberauit, nunc uero sceptro oris sui nos moderatur & regit, le-
gibus aequissimis & optimis promulgatis. Nam deus est & homo,
ideoq[ue] solus est monarcha, rex regum, & dominus dominantium,
Nam

Nam subditos sibi habet reges & dominos in orbe uniuersos.
 Hos quidem sua sponte per fidem obedientes: illos autem uel relu-
 etates potētia sua subiectos. Ideoq[ue] propheta Dauid, Sapit, inquit, *Psal. 2.*
 O reges, eruditimi iudices terræ, seruite domino in timore, & exulta-
 te cum tremore, Osculamini filium ne irascatur, & pereatis in uia.
 Alibi enim idem propheta: Dixit dominus domino meo, ait, sede à *Psal. 110.*
 dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuo=rum. Dominus emitte uirgam suæ potentie e Zion, dominare in
 medio inimicorum tuorum. Isaias quoq[ue] dominum loquentem in-
 ducens: Leuabo manum meam super gentes, & inter populos exal-*Isiae 49.*
 tabo signum meum, & apportabunt filios suos in humeris, erunq[ue]
 reges alumni tui, & reginae nutrices eorum. Id quod copiosius ex-
 ponunt historiæ ecclesiasticae. De hoc rege Christo uaticinantes pro
 phete, dixerunt: Et præparabitur in misericordia solium, sedebitq[ue] *Isiae 16.*
 super eo in ueritate, in tenorio Dauidis, iudicans & uelociter red-
 dens quod iustum est. Et iterum, Ecce dies uenient, dicit dominus, *Iere. 23.*
 & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex & sapiens erit,
 & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus eius saluabitur Iu-
 da, & Israel habitabit iuto: & hoc nomen eius quo uocabunt eum.
 Deus iustitia nostra.

Quoniam uero Rex est dominus noster, in circa regnum habeat *De regna*
 oportet. Regnum appellatur tam ipsa regio ditionis regi subiecta, dei.
 quam ipse dominatus, imperium, potestas & administrandi ratio.
 Proinde ecclesia sanctorum communio obediens subiecta regi
 Christo, appellatur regnum dei. Dicit enim Micheas: Et regnabit *Mich. 4.*
 dominus super eos in monte Zion; ergo Zion (quæ significat eccl-
 esiam) est regnum dei. Ac regnare diciunt deus cum suis illos in ec-
 clesia regit, gubernat, seruat & asserit, deniq[ue] varijs charismatibus
 donat atq[ue] fœcundat. Paulus enim dicit: Regnum dei non est cibis & *Rom. 14.*
 potus, sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto. Præterea re-
 gnum dei est æterna illa gloria & felicitas, quam deus electis suis
 communicat. Dicit enim in euangelio dominus: Venite benedicti *Math. 25.*
 patris mei, posidete regnum, quod paratum est uobis ab exordio
 mundi. Et Larro moriturus mox morienti domino in cruce suppli-
 cans, & consors huius regni fieri cupiens: Domine memento mei, *Lucæ 23.*
 ait, cum ueneris in regnum tuum. Rursus cum euangelium nos do-
 ceat quomodo regnet in nobis deus in hoc saeculo, in aliud uero il-
 lud nos aliquando ad se transferat, hoc est cum euangelium illud.
 si per quod dominum suum erigit dominus, non temerè appella-
 uit regnum dei agud *Math. in 13. cap.* Alibi uocatur ea de causa.

DE REGNO DEI.

sermo regni. In summa, nos in praesenti per regnum dei intelligimus ipsum cœtum sanctorum, ecclesiam, inquam, catholicam, iuritatemq; seu administrationem regnantis in ipsa dei, hoc est conservantis gubernantis & glorificantis eam.

Vnum dei Et hoc quidem regnum dei unicum est. Nam unus modo deus, regnū unus dimitaxat rex Christus, una ecclesia & uita æterna est. **Cæderatur** rum unum hoc dei regnum secundum dispensationem consideratur dupliciter. Principio iuxta omnipotentiam dei. Hic enim cum sit summus & omnipotens, regnum & potestatem iustum & quisimamq; habet & exercet in omnes creaturas uisibiles & inuisibiles, siue ha uelint siue nolint subesse. Deinde iuxta suum spiritum, quo regnat in suis electis. Ita uero dupliciter rursus consideratur regnum dei. Vel enim terrenum est, & dicitur regnum gratiæ: uel cœleste est, & appellatur regnum gloriæ.

Regnū dei Regnum gratiæ terrenum, non ideo appellatur terrenum, quod carnale terrenumq; sit, instar regni Babylonici, Persici, Alexandrini uel Romani: sed quod in terris sit. Sancta enim ecclesia dei bona ex parte uersatur in hisce terris, carne & sanguine participans, donec uiuit in terris: licet non secundum carnem uitam uiuat terrenam. Nam secundum spiritum, per quem regitur, uiuit uitam cœlestem.

Pro. 24. Non quod non peccent consortes regni dei. Septies enim cadit iustus, & resurgit. Vnde & gratiæ regnum nuncupatur. Donec enim uiuimus in hoc sæculo, gratiam & misericordiam suam nunquam

z. Sam. 7. negat rex & dominus noster, ueniam nobis postulantibus. Ac pensent toti à gratia regis sui fideles, perpetuam agunt pœnitentiam, & ad perfectiora subnituntur. Nam omnia sua componunt ad leges sui regis & principis. Etenim regnat hic in electis suis per uerbum ueritatis & per spiritum sanctum. Verbo ueritatis quid faciant aut fugiant sancti docet. Spiritu suo sancto commouet corda, & uires sufficit fugiendi prauum & persequendi bonum. Siquidem non tam sibi regnat rex noster quam nobis. Facit enim & nos reges, ut liberati à diabolo, damnatione, peccato & maledictione, diaboli, damnationis, peccati & maledictionis, adeoq; rerum omnium simus domini, & ipsius filij dei coheredes. His de causis regnum dei spirituale regnum dicitur. Nam consortes regni dei spiritu dei imbuti, fructus proferunt spiritus, non opera carnis,

Quomodo regnet Christus in terris in regno suo. **Apoc. 1.** Regnum dei spirituale. **Ioan. 18.** deniq; gubernantur spiritu dei. Nec uero more regum huius saeculi regnat dominus noster, dicens Pilato: Regnum meum non est ex hoc mundo. Qua sententia abutuntur nonnulli, colligentes nihil externi fore in ecclesia dei, quo nomine & magistratum removent,

uent, & tam subtiliter de regno dei loquuntur, ut nescias ubi sit, aut qui huius regni sint cōsortes. Non uident ex materia dicti colligen dum esse sensum. Iudei accusantes dominum apud Pilatum, impingunt ei crimen affectati regni. Hoc diluens dominus, Pilato ostendit regnum suum non tale futurum, quod eiecto Tiberio Cæsare parandum si & reuinendum armis, morecū huius saeculi administrandum. Id demonstrās subiungit: Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utiq; pugnarent ne traderer Iudeis. Infert ergo: Nunc autem regnum meum non est hinc: ideoq; nō pugnant pro me, ut eiecto Tiberio me collocent in solium regni. Et mox, Ego in hoc natus sum, inquit, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium feram ueritati. Omnis qui est ex ueritate, audit uocem meā. Quemadmodum ergo ueritate (non mendacio dolis & arribus instar principium huius saeculi) parat sibi regnum, ita ueritate & retinet & administrat regnum suum Christus: & quicunq; amplectuntur ueritatem, confortes sunt regni Christi, siue principes sunt siue populus: omnes hi obtemperant uoci regis seruientiū principi summo. Hic tamen diserte addimus, non posse reges alius seruire domino & regi suo, quam reges, id est faciendo ea quæ debent facere reges, exercere uidelicet iudicium & iustitiam. Licet enim hi in mundo sint, non regnare tamen iuxta mundum: quia gubernantur iam a spiritu regis sui Christi, omniaq; dirigunt ad præscriptum uerbi dei, & in omnibus ducendos se se præbent spiritui dei: & eatenus ne horū quidem regnum est ex hoc mundo. De his alibi multa secundum scripturas ex beato Augustino citauimus. Ac iuetur aliquando rex noster Christus opera principum ecclesiam ac ministros. Aliquādo expositam persequitionib; per infirmitatem eandem seruat & propagat. Premitur enim, sed non opprimitur, regnante semper & uinciente in suis Christo principe maximo. Iam termini huius ter- *Termini*
reni regni Christi porrigitur ad extre mos terræ fines. Pertinent regni Chri-
enim ad regnum Christi omnia regna mundi & omnes gentes. *si in ter-*
Pertinent huc omnia prophetarum testimonia de Vocatione om-*ris.*
nium gentium, quorum plurima inuenias in Isaia & Zacharia, qui
regnum Christi in terris magnifice describunt. Vnde occasionē ac-
ceperunt Iudei singendi nescio quam amplifica de maiestate & ui-
ctoris Messiae: quæ tamen abunde in Christo iam dudum comple-
ta sunt, sed spiritualiter magis quam carnaliter. Illi uero dum carna-
lia somniant & expectant, spiritualia fastidiunt, destituuntur utrisque. *Prophetæ*
Fideles autem munificentia & liberalitate Christi regis abun- *de regno*
danissime consequuntur quæ promiserunt prophetæ bona, nempe dei.

DE REGNO DEI.

pacem cum deo & hominibus amplissimam, omnigenamq; felicitatem, ut semper sint beati, semper sint tuti (licet pugnant perpetuo) ab omnibus hostibus cum uisibilibus sum inuisibilibus, gaudetq; incolumitate sempiterna. Quæ quidem amplissimo dicendi genere proposuerunt in scriptis suis prophetæ, nihil tamen intelligentes aliud, quam quod modo diximus, fideles felicissimos futuros ac in Christo possessuros omnia bona cum animæ sum corporis, quantum uidelicet sanctis est necessarium & salutare. Et hoc est illud regnum (utrumq; iam intelligimus iam gratiæ quam gloriæ) quod expectauerunt Ioseph ille Ramathæus, Simeon iustus, & Anna prophetissa cum alijs sanctis. Hoc ipsum regnum annunciauit Samaritanus Philippus diaconus, & Romanis beatus apostolus Paulus,

*Sedes uel
solium re
gis Chri
sti.*

quod testatur Lucas in Actis apostolicis cap. 8. & 28. Sedes uero uel solium adeoq; palatum regis nostri coelum est. Ascendit enim uictor in cœlos, & consedit ad dexteram dei patris omnipotentis. Inde ueluti sol iustitiae illucscit omnibus in ecclesia uel in regno eius agentibus: immo fidelium quoq; corda sibi delegit in quibus habitet. Alioqui nullam in terris sedem uel palatum regni haber. Quinimo ut intelligamus regem & si corporaliter non presentem in terris, sed cœlo illatum esse, propterea non abesse regno suo, se quidem in uerbo suo capiti, nos autem corpori uel membris comparat. Iam ergo sicut corpori suo nunquam deest caput, ita regnum dei non est sine principe Christo. Et sicut uitalis spiritus ex corde, ex capite autem uirtus sentiendi mouendiq; corpori infunditur: Sic ex principe Christo uiuiscamur: illo nos iustificante, conseruante, confortante, confirmante, & ab omnibus malis defendente. Sicut omnia membra reguntur à capite, sic omnes fideles in regno Christi à rege Christo gubernantur. Paulus ergo, Deus, inquit, suscitauit Christum ex mortuis, & sedere fecit ad dextram suā in celestibus, supra omnem principatum ac potestatem, & uirtutem, & dominium, & omne nomen quod nominatur, non solum in sæculo hoc, sed & in futuro, & omnia subiecit sub pedes illius, & eum dedit caput super omnia ipsi ecclesiæ, quæ est corpus illius, complementum eius, quæ omnia in omnibus adimpler. Cuius quidem generis alia complurima inuenire licet in literis apostolicis: in primis illud, Christus est caput ecclesiæ, & idem est qui salutem dat corpori. Nam exposuit semetipsum pro ecclesia, ut illam sanctificaret mundaram lavacro aquæ per uerbum, ut adhiberet eam sibi gloriosam, &c. Et hæc haec tenus de regno Christi in terris, quod & gratiæ regnum & militans ecclesia appellatur.

Ephes. 1.

Ephes. 5.

Pontus

Porro Regnum dei, cœleste & gloriæ regnum nuncupatur, ea Regnū dē de causa, quod dominus & rex noster eos quos in terris sanctifica in cœlis uit & direxit spiritu suo adeoq; & iustificauit, liberatos carne & ere gloriæ. propter ex hoc seculo, in cœlis glorificat, inq; suum & omnium sanctorum consortium gaudiumq; recipit. Animæ enim fidelium simili atq; migrant ex corporibus, protinus recipiuntur in cœlum, ut regnent cum Christo rege æterno, & lætentur sine fine cum omnibus sanctis. In iudicio uero ultimo, quo credimus per Christum res gem uiuos & mortuos iudicandos, excitabuntur sanctorum corpora, clarificabuntur, animabus suis rursus coniungentur, & uniuersi, quotquot ab exordio mundi adhuc erunt regi Christo, una cum Christo rege & principe eternum uiuent & regnabunt in gloria. De hoc regno sanctorum multa prædicauerunt prophete & apostoli, in primis autem beatus Ioannes apostolus in sua Apocalypsi. Hoc Apoca. 21. appellarunt alij triumphantem ecclesiam.

Regnum hoc uel Christi, æternum est regnum. Sicut enim in finem usq; mundi futura est ecclesia in terris, ut cunq; insaniat hic mundus & mundi princeps: sic post iudicium corporibus & animabus felices & æternum cum Christo regnabunt siue uiuent fidèles. Nam in euangelio dixit dominus: Porro inferorum non præualebunt aduersus ecclesiam. Erunt item nouissima tempora sicuti fuit sæculū Noe, in quo licet multis partibus superarent fidelium ecclesiam impij, seruatus estramen Noe cum suis in arca, impij uero extinti sunt diluuiō. Sic præualebit quidem modis omnibus iniq;uitas in fine sæculi, sed seruabuntur interim electi in regno Christi, per Christum, quem illi iudicem expectabunt uidebuntq; redemptorem uenientem in nubibus cœli. Sed & Daniel in prophetia sua Daniel. 7. omnium regnorum ortum & interitum etiam Antichristi describit, regno autem populi sanctorum nullum finem tribuit, sed eternum fore testatur. Idem facit Zacharias propheta in cap. 12. Nam sancti in terris regnanti per Christum, & è terris in cœlum translati conregnabunt cum rege Christo in sæcula sæculorum. Et scriptura frequenter de altero tantum loqui solet. De utroq; regno intelligimus multos scripturæ locos, in primis illud quod dictum est à Saluatori. Cum oraueritis dicite: Pater noster qui es in cœlis: Sanctificetur nomen tuum, Adueniat regnum tuum. Oramus enim, ut ipse dum in terris uiuimus in nobis regnet, quo ipsi quoq; regnemus super mundum & principem mundi, adeoq; ne regnamur à satana, ne uerum regner in nobis peccatum, quin potius ut hic ab ipso gubernati regnemus aliquando cum Christo in cœlis.

Apoca. 21.
C 22.Regnum
Christi est
regnū æter-num.
Math. 16.

Math. 24.

Daniel. 7.

Math. 6.

DE CHRISTO SACERDOTE.

Regnum Ex aduerso regnum mundi quale sit, claret ex consideratione ea mundi qua pitis seu regis & principis eius, qui est diabolus, auctor peccati, impunitatis ac mortis. Regnat hic in mundo, princeps utique regni tenet.

le. puritatis ac mortis. Regnat hic in mundo, princeps utique regni tenet
bratum, Non quod deus & Christus eius non sit rex universorum:
sed quod perfidi apostatae sua propria malitia, a deo ad diabolum
deficiente, hunc sibi constituant principem, cui & sponte se se subi-
ciant & regendos prebent, uiuentes in omni impierate iniustitia &
immunditia, conformantes se suo capiti diabolo: cum quo aeternum
in futuro saeculo punientur, quemadmodum in praesenti saeculo.

Ioan. 12. passi sunt se se gubernari ab ipso, facientes voluntatem eius. Hunc
2. Cor. 4. principem huius saeculi, alibi etiam deum huius saeculi cognomina-
3. Ioan. 3. tum, superauit Christus uerus rex & monarcha orbis, regnum eius
destruxit: non ut non sit, donec hoc saeculum manet: sed ne electis
noceat. Vixit & aeternum uiuet (licet in miseria, quae uita reuera mors
est) satanas: sed nulla ei uirtus est contra redemptos Christi principes.
Regnum habet & habebit ad finem usque mundi, sed in filiis
diffidentiis: sed & periturum in hoc saeculo & quasi momentaneum
est hoc regnum. Nam mundus transit, & omnia pereunt mundana:
uerum alienissimi ab hoc regno, immo hostes quasi iurati huius re-
gni sunt electi dei omnes. Nec potest sua uirtute princeps tenebra-
rum consortes regni Christi abripare in regnum iniquitatis. Cona-
tur hoc quidem sedalo, & uarijs temptationibus uexat electos: sed hi
uincunt per eum qui olim pseudoregem illum latronumque principe
superauit, docuitque ut spredo principe hoc sedeo, & modo mun-
danisque concupiscentiis, innocentie studentes, spiriu bono nos re-
gendos permittamus. Haec de rege Christo & regno eius unico &
aeterno qua potui breuitate exposui haec tenus.

Christus Iam uero Christus dominus noster sacerdos est, adeoque pontifex
Iesus pon- ille maximus unicus & aeternus, quem summi pontifices populi ue-
titifex maxi- teris praefigurarunt. David enim in carmine suo planè diuino ce-
mur. cinit: Iuravit dominus, & non pernirebit eum, tu es sacerdos in aet-
Psal. 110. num secundum ordinem Mechizedek. Quae uerba beatus apostolus adducens & illustrans in epistola ad Hebreos haec reliquit scri-
Heb. 7. pta: In celum praecursor pro nobis ingressus est, iuxia ordinem
Gene. 14. Melchizedek, pontifex factus in eternum. Nam hic erat Melchizedek rex Salem, pontifex dei altissimi, qui occurrit Abraham reuertenti a
cæde regum, & benedixit illi: cui & decimas ex omnibus imponitus
est Abraham. Qui primum quidem ex interpretatione dicitur rex
iustitiae, deinde uero etiam rex Salem, quod est pacis, ignoti patris,
ignotæ matris, ignoti generis, nec initium dierum negat uitæ finem
habens.

habens, sed assimilatus filio dei, manet sacerdos in perpetuum. Eodem dominus noster Iesus Christus & rex iustus pacificus est, iustitia atque pax fidelium & sacerdos ille est perpetuus, qui iuxta humanitatem ex uirgine ab eis uiri semine aeditus creditur, & siccirco ignorantia patris, iuxta diuinitatem autem ex patre genitus, & ideo ignorantia maris, & genitus quidem ineffabiliter aeterno, ac propriea generis ignoti, neque principium neque finem uitae habens. Licer enim iuxta humanitatem mortuus sit & sepultus, iuxta diuinitatem tam manet immortalis & sempiternus deus. Idem ille qui rex est, etiam sacerdos agnoscitur, non secundum ordinem Aaronis, sed secundum ordinem Melchizedek. Sicut enim scriptura hunc unum commemorat sacerdotem: ita unus Christus sacerdos manet in perpetuum, sacerdotum habens sempiternum. Vocabantur autem & inungebanur quondam summi sacerdotes, non ingerebant se uia aut artibus tanto muneri. Vnde apostolus dixit: Nemo sibi ipsi usurpat honorem, sed qui uocatur etiam a deo, quemadmodum & Aaron. Ita & Christus non sibi ipsi usurpauit gloriam, ut fieret pontifex: sed ab eo constitutus est, qui dixit illi: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Sicut & alibi dicit: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchizedek. Nullibi uero legis nostrum illum oleo delibutum esse Christus uisibili: nam unctus est chrismate inuisibili, spiritus sancti uidelicet unctus. plenitudine, propheta testante: Unxit te deus, deus tuus oleo laetitiae. Et iterum, Spiritus domini super me, propriea quod unxit me, ad euangelandum pauperibus misit me. Ceterum quando officium sacerdotum quondam fuisse legimus servire tabernaculo, docere populum, intercedere inter deum & homines, orare pro populo & huic benedicere, item sacrificare, & consecrare uel sanctificare, & iam constet Iesum Christum legitimum esse sacerdotem, certum est eundem illis ipsis obstrictum esse officijs, sed his quidem tanto praestantioribus, quanto sacerdotium consequuntur est excellentius. Seruiebant Aarones isti tabernaculo corrupti. Quomodo bili & significatiuo: at dominus noster sublatu in uerum tabernaculum ipsum ccelum, ministrans sanctis dei omnibus. Nam ccelum sacerdos, obediens ecclesia sanctorum est uerum summi nostri sacerdotis & tabernaculum & templum. Christus sacerdos noster doctor est & magister unus & aeternus uniuersalis ecclesie suae. Etenim docuit non illud duntaxat saceolum, quod uixit in diebus carnis suae, sed spiritus Christi fuit in prophetis, per quem & nunc regit omnes catholice ecclesia cathedras. Ipse Christus loquitur nobis adhuc, & loqueretur in finem usque facili, per os siue scripta sanctorum apostolorum.

DE CHRISTO SACERDOTE.

rum omniumq; doctorum annuntiatum doctrinā apostolorum.

Ac sufficit doctrina hæc Catholice ecclæsiæ. Nam omnia ea plene

Christus in comprehendit, quæ pertinent ad uitam sanctam & felicē. Christus
eredit. pontifex noster intercedit pro omnibus sanctis in templo suo. Orat

enim pro nobis apud patrem in dextera dei unicus omnium fide-
lium adiutorius & patronus. Nam ascendit ad dexteram dei pater,
ut ibi semper appareat in conspectu dei, & omnia nostra negotia fi-
deliter exequatur. Qua de re dixi copiosius Sermone proximo, ubi

Christus benedicit. differui de inuocatione & intercessione. Idem dominus noster be-

nedicit nobis solus. Ipse enim factus est execratio & maledictio pro

nobis, ut nobis benediceretur in ipso : iuxta singulare & antiquum

illud uaticinium : In semine tuo benedicentur omnes nationes ter-

Christus sa ræ. Præterea sacrificat pro nobis Christus dominus noster. Nam thy-

miana adolet, cum pro nobis supplicat & appetat in dextera dei.

Hostiam uero pro peccatis non pecuniam, sed seme ipsum obuilit

deo uiuenti, hostiam semper efficacem ad expianda omnia populi

peccata. De qua cum copiose differuerim in tractatione Cæremo-

niarum, hic data opera brenior sum. Rursus cum dominus noster

Iesus Christus sit sanctus sanctorū, sanctificat utiq; catholica eccle-

sia & cōsecrat, inungens ipsam oleo sancti spiritus, ut efficiamur &

sancti & sacerdotes qui afferamus deo spirituales hostias. Legimus

enim unguentū illud sacrum in caput effusum Aaronis, descendisse

in barbā, & extremas uestimentū eius simbris. Nam Christus sum-

mus pontifex uniuersalis ecclæsiæ suæ, spiritum suum effundit tam

in remotissimos quam in propinquos. Clamat enim in euangelio :

Ioan. 7. Si quis sit, ueniat ad me & bibat. Qui credit in me, sicur dicit scri-

ptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Et iterum : Ego me

pro eis sanctifico, ut sint & ipsi sanctificati in ueritate. In summa,

Cum dicimus & confitemur Iesum Christum esse sacerdotem sue

summum pontificem populi fidelis, hoc dicimus, Christum esse ele-

cum & propositum nobis doctorem & magistrum, qui uniuersas

iem ecclæsiam regat & doceat, qui intercedat & omnia nostra nego-

tia fideliter agat apud patrem in coelis, qui sit patronus, intercessor

& adiutorius fideliū solus apud deum, qui hostia corporis sui sit

perpetua omnium peccatorum totius mundi unica expiatio, abso-

lutione, iustificatioq; , qui credentes consecrat in sacerdotes, ut & ipsi

deo patri per Iesum Christum acceptas offerant oblationes, ac sine

domus & tabernaculum dei.

De sacerdo Ex his facile erit estimare quale sit sacerdotium Christi sacerdo-
tis & pontificis nostri. Sacerdotium est ipsum officium uel ipsa fun-
ctio &

Etio & operatio sacerdotis, qua ipse sacerdos Christus in celis ac
 in catholica ecclesia omnia agit quae sunt muneris sacerdotalis. Pro-
 inde necesse est sacerdotium hoc Christi pontificis nostri non uisi-
 bile & corporeale, sed omnino esse spirituale. Recte enim Paulus, Si *Heb. 9.*
 esset in terra Christus, inquir, nō posset esse sacerdos; ubi ministrant
 tabernaculo uel templo qui sunt de tribu Leuitica; ubi est templum
 uel tabernaculum cum uestibus & uasis multiplicibus sanctis. Cæ-
 terum Christus dominus noster est de tribu Iuda, regia in quam tri-
 bu natus; quamuis interim non ignoremus tribum regiam & pon-
 tificiam fuisse commixtas. Nam legimus Elizabetham, quæ erat ex
 filiabus Aaron, fuisse cognatam virginis deiparæ Dauidicæ. Nec
 templo aut uasis sacris unquam legitur usus dominus noster in mi-
 nisterio suo. Tametsi enim aliquoties docuerit in templo, tamen
 non in eo solo docuit. Nunquam in eo ad aras sacras, uel thymia-
 matis uel holocaustorum sacrificauit; nullis unquam usus est uesti-
 bus sacerdotalibus significatiuis. De quibus dixi dum exposui cæ-
 remoniales leges. Ergo cū pro expiatione peccatorū uniuersi huius *Heb. 13.*
 mundi sacrificare uellet, exira porrā passus est, & semetipsum ui-
 uam & sanctissimam obulit hostiam; iuxta quod typi & uaticinia
 atq; figuræ præcesserant in lege Mosis, de quibus rursus differui in
 tractatione Legum cærimonialium. Oblata uero corporis sui ho-
 stia ascendir in celum, & consedit ad dexteram patris, ut inde illu-
 escat suæ ecclesiæ, & ibi semper pro nobis appareat in conspectu
 dei patris. Ideoq; corporaliter iam non fungitur officio sacerdotali
 in terris, ita nos nunc erudiens sicut in diebus carnis suæ sui seculi
 homines docuit. Nunc enim spiritu mentes suorum illustrat, do-
 ctronamq; apostolorum euangelicam reparat quotidie, adeoq; ipse
 nihilominus loquitur per ora docentium & prædicantium euange-
 lium. Benedicit nobis celitus, hoc est omni benedictione cœlesti
 nos locupletat. De illo loquens apostolus: Et unctio, ait, quam ac-*1. Ioan. 2.*
 cepistis ab eo, manet in uobis. Et non necesse habetis, ut quisquam
 doceat uos, sed sicut ipsa unctio docet uos de omnibus & uerax est
 & non mendaciū. Et sicut docuit uos, manete in ea. De hoc loquens
 diuinus uates dixit: Effundam aquas super sitiuentem, & fluenta su-*Isaie 44.*
 per aridam: effundam spiritum meum super semen tuum, & bene-
 dictiōnem meam super stirpem tuam. Et germinabit inter herbas
 quasi salices iuxta præterfluentes aquas. Ex quibus discimus, Pon-
 tifici nostro Christo nullo opus esse suffraganeo episcopo aut uica-
 rio in ecclesia. Ipsius enim adest ecclesiæ, & regit eam per spiritum
 suum. Idem ille in celis ad dexteram patris non toties supplex pro-

DE SACERDOTIO CHRISTI.

nobis procumbens in genua intercedit quoties peccamus. Semel exauditus est à patre pro reuerentia, cum in diebus carnis suæ pro nobis preces obtulisset cum clamore ualido & lachrymis. Nunc enim semper appetat pro nobis in conspectu dei. Omnia nostra res lucent in conspectu eius, ac pater respicit in faciem Christi sui, propter quem omnibus eius membris est placatus, audiens eos & trahens eis quæcunque postulant salutaria: iuxta illud saluatoris dictum:

Ioh. 16. Amen amen dico uobis, quæcunque petieritis patrem in nomine meo dabit uobis. Nullæ ergo hic nobis turbæ, nulla molestia, nullus labor imaginædus est, quo defatigetur qui omnium est in cœlis apud deum patrem intercessor aduocatus & sacerdos. Id quod & proximo Sermone ubi disserui de inuocatione & intercessione monui. Proinde Sacerdoti nostro fungenti munere suo in cœlis coram deo nulla opus est ara thymiamatis, nullo thuribulo, nullis uasis aut ueribus sacris: multò minus opus habet ara holocaustorum. Nam in cruce, quæ ipsius ara fuit, ipse semetipsum semel tantum obrulit. Neque enim quisquam mortalium dignus erat offerre deo uiuo dei uiuentem filium. Vnica autem hostia illa semper efficax est ad expiandæ omnia omnium hominum totius mundi peccata.

Et quamvis in tractatione legum Ceremonialium de his testimonia plura adduxerim, non possum tamen hic mihi temperare quin singularia aliquot repeatam. Nequit enim hoc negotium dignæ & diligenter satis hominum imprimi pectoribus, in quo est fructus diuinitatis & humanitatis Christi, denique uniuersa salus nostra. Paulus ad Hebræos de ueteris Testamēti sacerdotibus uel pontificibus loquens, & cum his Christum summum pontificem conferens, imò omnibus modis præferens, dicit: Et illi quidem plures facti sunt sacerdotes, propterea quod per mortem non finerentur permanere. At Christus quod maneat in æternum, perpetuum uel immigrabile (quod successione ad aliud non transit) habet sacerdotium. Vnde & saluos facere ad plenum potest qui per ipsum adest deum, semper uiuens ad hoc ut interpellat pro illis. Talis enim debet ut esset nobis pontifex pius, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus & sublimior cœlis factus: cui non sit quotidie necessitate quemadmodum illis pontificibus prius pro propriis peccatis uictimas offerre, deinde pro peccatis populi. Nam id fecit semel cum seipsum obrulit. Et idem iterum, Non in manu facta sancta, inquit, ingressus est Christus exemplaria uerorum: sed in ipsum cœlum, ut appareat nunc in conspectu dei pro nobis. Non ut sæpius offerat semetipsum, quemadmodum pontifex ingreditur in sancta singulis

Singulis annis per sanguinem alienum. Alioqui oportuisset illum sapientius passum fuisse à cōdito mundo. Nuncauem semel sub summationem s̄eculorum ad profligationem peccati per immolationē suūpsius apparuit. Et quatenus illud manet omnes homines, ut semel moriantur, post hoc autem iudicium: ita & Christus semel oblatus est, ut multorum peccata tolleret, rursus absq; peccato conspicetur his qui illum expectant in salutem. Rursus idem Paulus: Omnis quidem sacerdos assistit quotidie, inquit, sacra peragens *Heb. 10.*
 & eisdem s̄epiis offerens hostias, quæ nunquā possint auferre peccata. Hic uero una pro peccatis oblata uictima perpetuò sedet ad dexteram dei, id quod superest expectans: donec reddantur inimici ipsius scabellum pedum eius. Vnica enim oblatione perfectos efficit in perpetuū eos qui sanctificātur. Hæc hactenus omnia Pauli sunt apostoli. Non existimo autem ista testimonia copioiore illostranda esse interpretatione & proposito nostro aptanda. Omnia enim sine ulla nostra expositione sunt illustrissima, causæq; quam agimus quām apertissime congruant. Nam totum sacerdotium Christi, præsentium quod intercessionem ac hostiam uel expiationē unicam & æternam aninēt, planè sīstunt aīq; exponunt oculis contemplanda. Eiusdem sacerdotij est etiam fideles omnes deo sacerdotes consecrare: non ut offeramus pro expiatione peccatorum, sed ut singulis quasi momentis preces nostras, gratiarum actiones, & nosmetip̄sos pieatissimū officia offeramus. Ioannes enim apostolus & euangelista, Iesus Christus princeps regum terræ, inquit, dilexit nos, & lavit nos à peccatis nostris per sanguinem ipsius: & fecit nos reges & sacerdotes deo & patri suo. Eandem sententiam inuenire est & in *Apoc. 1.* epistola beati Petri. In omnibus uero his cernere licet, quis fructus nobis existat desluatq; ex diuinitate & humanitate Christi regis & pontificis nostri. Nec enim possit is esse regum princeps & pontifex summus, nisi deus esset & homo.

Atque hic locus postulat modo ut dicamus aliquid de nomine *De nomine Christiano & officijs hominis Christiani.* Christiani nomen habemus à Christo, cui individualē cōnxi membra sumus corporis eius, *no.* cuius ipse caput est. Christus autem non proprium (Iesus enim appellatur) sed officij nomen est à chrismate deductum, ut Christus idem sit quod unctus. Ideoq; Tertullianus appellationem esse ait non nomen. Ac addit, Vnctus non magis nomen est quām uestitus, accidens nominis res. Cæterum ungebantur chrismate reges & summi pontifices, iecirco Christus significat nobis eum qui est rex & sacerdos uel pontifex summus. Quoniam uero Christiani nun-

Christiani

DE NOMINE CHRISTIANO.

reges & sa cupamur à Christo qui unxit nos spiritu sancto, certe sumus & nos
cerdotes. Vbi cernere licet quantum beneficium ex Christo deo & homine acceperimus, fecit enim nos reges & sacerdotes. Cernimus quodnam sit officium Christianorum, hanc dignitatem ad extremum usq[ue] tueri spiritum, ne rursus à satana nobis cripia tur. Cæterum si reges sumus, certe recum domini & liberi sumus, regentes utiq[ue] non recti non subiecti. Liberi, inquam, à peccato & à morte æterna, & ab omni impuritate: domini autem satanae, principis mundi, & ipsius mundi. Regimus enim mundum & carnem: non ab his regimur. Huc pertinet illa apostoli uerba, Ne regnet peccatum in mortali uestro corpore, ut obediatis illi per cupiditates eius; neque accommodetis membra uestra arma iniustitiae peccato, sed accommoderis uosmetipso deo uelut ex mortuis uiuentes, & membra uestra arma iustitiae deo. Peccatum enim uobis non dominabitur. Ideoq[ue] quando princeps mundi adeoq[ue] ipse mundus & caro, eiusq[ue] affectio prava peccatum, in seruitutem ex libertate retra here satagit, nos quia reges sumus strenue omnino repugnemus oportet, ac perseverantes in pugna uincamus per uitium Christi regnantis in nobis. Etenim S. Ioannes apostolus, Omne, inquit, quod natum est ex deo, uincit mundum. Et hæc est uictoria quæ uicit mundum fides nostra. Huc pertinet doctrina de Liberare & Seruitute, de qua Decade proxima disserui. Colligimus ex istis omnibus primarium Christianorum officium esse semper stare in acie, locum suū tueri, uigilare & adiutii uiribus & modis omnibus, ne ubi ab hoste satana superati, regia dignitate spoliemur, detrahaturq[ue] in seruitutem infernalem. Certè si in Christo & cum eodem superauerimus, conregnabimus, id est, uiuemus cum ipso & omnibus sanctis in gloria in secula seculorum. Sic autem reges in Christo, sic Christiani sumus.

Christiani
sacerdo-
tes.

Rursus quia Christiani hoc est unicuius sumus, sacerdotes certe sumus, & proinde pro officio sacerdotali docemus, admonemus, adhortamur, & consolamur omnes fratres nostros & nostræ fidei commissos homines. Vbi tamen necessario distinguimus inter sacerdotium Christianum & ministerium ecclesiasticum. Omnes quidem Christiani tam mares quam feminæ sacerdotes, sed non omnes ministri ecclesiæ sumus. Nec enim omnes promiscue concionari publice, sacramenta administrare, aliaq[ue] pastorum officia facere, nisi legiitime ad hoc uocati ordinatiq[ue], possumus. Sacerdotium hoc nostrum commune, est spirituale, uersaturq[ue] in communibus officijs pietatis, non in publicis & legiitmis ecclesiæ ministerijs. Vnde pri-

uatum

utram alius alium erudire & admonere potest & debet, dumq[ue] hoc facit, sacerdotali fungitur munere: ueluti cum paterfamilias liberos suos instituit domi suæ in pietate, cum materfamilias castigat & erudit filias: deniq[ue] cum quisq[ue] nostrum proximum quenque horratur ad studium pietatis. Nam apostolus Paulus, Exhortemini uos inuit: *Heb. 4.*
 cem, inquit, quotidie, quoad appellatur dies hodiernus, ne quis ex nobis induretur seductione peccati. Præterea cum simus sacerdotes, deo nostro dignas hostias offeramus oportet. Satis autem testati sumus, post Christum summum & unicum sacerdotem seu pontificem nostrum omnibus sæculis & toto in orbe neminem offerre sacrificium expiatorium. Is enim semel, sed semper & omnibus efficacem purgandis peccatis omnium hostiæ obtulit, cum semetipsum obtulit. Nos ergo offerimus illi gratiarum actiones laudesq[ue], memoriam sacrificij illius unici celebrantes: offerimus preces, offerimus nosmetipcos, hoc est corpora nostra, hostiam deo uiuentem ac rationalē, uia cum pietate omnifaria ac beneficentia. Paulus enim, Per Christum, inquit, offerimus hostiam laudis semper deo, hoc est *Heb. 13.*
 fructum labiorum confitentium nomini eius. Ac beneficentia & communionis ne obliuiscamini. Talibus enim hostijs delectatur deus. Verum plura de his sacrificijs dixi Sermone proximo, in quo tractavi quis sit uerus dei cultus. Quando uero omnis sanctificatio est & existit ex uno pontifice summo Iesu Christo, non possumus nos aliter sanctificare, nisi honesta & pura conuersatione uitæ: quæ à nobis requiritur, nimirum ut simus sancti, & innocentia uita sanctificemus nomen dei nostri, ne propter nos male audiat inter homines, quin potius uideant fidelium bona opera, & glorificant patrem in celis. In his autem nemo est qui non uideat comprehendendi omnia Christiani hominis officia, in quibus nisi nos exerceamus strenue, non video nos tanto nomine dignos.

Nomen autem hoc sacraissimum Lucas author est fidelibus pri *Nomen* sum esse inditum Antiochiae in Syria: id quod tamen nemo sic in *Christianum* telligat quasi antea fuerit omnibus omnino incognitum. Nunc est *utuissimum* factum est uulgariissimum, quondam fuit tantum excellentissimum. sanctorum sanctissimorumq[ue] hominum, & re magis quam nomine, quamuis & nomine utcunq[ue] cognitum. Nam Eusebius in Ecclesiast. hist., cōmemorat antiquos patres Adamum, Seth, Noe, Abraham & his alios similes omnes fuisse Christianos, ideoq[ue] religio nem Christianam longe integerrimam esse ueruissimamq[ue]. Verba Eusebij si quis requirat hæc sunt, Non noua sed coram omnibus hominibus ueritate celebris ac cunctis nota gens Hebreorum est.

DE NOMINE CHRISTIANO.

Huius libri ac literæ uerustos viros continent, raro quidem & paucos numero, pietate, uero & iustitia omnibus virtutum genere praestantes, ante diluvium differentes, postea alios ex filiis ac nepotibus Noe, utpote Tharam & Abrahamum, de quo tanquam duce & progenitore ipsi Hebreorum posteri gloriantur. Quod si quis hos omnes iustitiae testimonio decoratos ab ipso Abramam ad primum usque hominem ipsis operibus, et si non nomine Christianos suisse dixerit, à ueritate certe non aberrauerit. Christianum quippe nomen virum significat, qui per Christi cognitionem & doctrinam, animi moderatione & iustitia continentiaq[ue] uite & virtutis fortitudine ac pietatis confessione erga unum ac solum omnium deum excellit. Hoc autem priscis illis non minus curae fuit quam nobis. Nec corporalis itaq[ue] circumcisionis rationem habuerunt, sicuti nec nos: nec sabbatorum obseruantia, quemadmodum neq[ue] nos: nec abstinentia ciborum, neq[ue] discrimen altorum: quæ postea Moses primus omnium instituit, ac symbolice perficienda tradidit: sicuti talia & nunc quoq[ue] Christianorum non sunt. Sed ipsum etiam Christū dei perspicue uiderunt. Siquidē illū & Abrahā apparuiss[et], & responsa dedisse Isaaco & Iraeli Mosī, & prophetis post ipsum loquitū esse, iam antea declarauit est. Vnde & pios istos Christi nomen sortitos esse inuenies: iuxta uocem de illis dictam, nempe, Ne attingatis Christos meos, & contra prophetas meos ne malitiose agatis. Manifestum itaq[ue] est hanc pietatis inuentionem uirorum illorum qui temporibus Abrahā pie uixerunt, quæ nuper per Christi doctrinā cunctis est gentibus annunciatā, primam esse omniumq[ue] antiquissimam & ueruissimam. Hæc Eusebius:

Pauci sunt. Porro si in hoc speculo uominis Christiani contemplēmur nos, Christiani, uidebimus paucissimos esse hodie hoc sacro nomine dignos. Omnes quidem uulgo sic appellamur, & omnes Christiani uolumus appellari, sed pauci uiam professione nostra dignam uiuimus. A christmate sacro nuncupamur Christiani. Christma sacram est ipse

Isaie 66. spiritus sanctus. Super quo autem requiescerit spiritus meus, ait dominus, nisi super humili & quieto & iremente ad sermones meos? Nos uero uerbum dei floccifacimus, turbulentissimis sumus mentibus, affectibus prauis corrupti, tumemus superbiam, ideoq[ue] christum te caremus sancto. Quis ergo Christianos nos esse dicat? Regimur plerique affectibus prauis, carne, mundo, & à principe huius lacerati, pauci regimus mundum ac carnem & quæ in eis sunt. Imperium ergo in nobis, non spiritus dei, sed spiritus mundi ac carnis, obtinet. Dominatur nobis satan, caro & mundus, uiuimus enim in illis: & obedi-

Et obedimus eis, unde liberi ab omni iustitia & sanctitate, serui sumus, seruituem seruientes turpisissimam. Neq; enim liberari cupientes, uel redemptorem querimus, uel impatientes tyrannidis rebellamus, sed ignavi & molles subigendos & sub tyrannide retinendos nos substernimus: imo piget & iqedet nos laborum, vigiliarum, precum, omniumq; officiorum pieratis, securiq; delitescimus ueluti in ganea. Quis autem tales porcos sacrosancto nomine Christiano dignaretur, nisi ineptissimus & foedissimus quisq? Nihil ergo mirum si tales aeternū arsuri derudatur ad tartara, ut ibi aeternū ei coniungantur, quem hic sibi sequendū iniquissime elegerūt. Iam uero quorusquisq; nostrū docet, moner, & hortatur eodē Christiano nomine gloriantes? Nihil hic dico de doctoribus ecclesiasticis, sed de officio Christiani hominis mihi sermo est. At segnes sumus pleriq; in erudientiis nostris & confratribus. Vel enim piget laboris, uel timemus periculum. Reijcimus ergo monēdi instituendiq; officium ad publicos ecclesie ministros: quasi huius à nobis plane nihil resquicatur. Audiantur iccirco uoces ab omnibus ferè indignissimæ. Non habeo sacerdotium, non sum Pfaff, cur ergo docerē, cur monerem? Atq; his non est curæ utcunq; blasphema & spurca dicantur uel domi uel foris. Sibi enim uiuunt, & gloriam dei ac proximi salutem nihil ad se pertinere putant. Quas uero hostias deo nomineq; nostro dignas offerimus? Vbi sunt preces & gratiarum actiones? Vbi est mortificatio carnis nostræ ac abnegatio huius saeculi? Vbi est misericordia seu beneficentia? Vbi est uita innocens & sancta? Conuaria possem, siquidem necesse esset, longo recensere catalogo, sed quorundam attinet manifesta omnibus hominibus copiosa expositione repetere? Nam quis oro negaruitam praesentis saeculi, hominum, inquam, qui Christiano gloriantur nomine, fecitam contentem ac pestiferam esse? Quæ cum competissima fini, nihil peccauit qui paulo ante dixi paucos hodie esse Christianos. Qui sapient & suo nomine cupiunt respondere, audiant salvatorem nostrum dicentem in euangelio Matthi, Contendite intrare per arcam por tam: quoniam lata est porta & spaciofa uia quæ abducit in exitium, multiq; sunt qui ingrediuntur per illam. Quoniam angusta est porta & stricta uia quæ abducit ad uitam: & pauci sunt qui inueniunt eam. Ceterum quod in primis dictum oportuerat, peccant in religione professionemq; Christianā grauiissime, qui ut sacerdotium & regnum Christi nō sincere agnoscent, ita se in primis commendabiles & catholicos esse gloriantur, quod ea designant quæ modis omnibus regnum & sacerdotium Christi obscurant. Christiani.

DE NOMINE CHRISTIANO.

solo hoc titulo & nomine contenti, nullam aliam ambiunt uel admittunt appellationem. Iste uero quasi leuis sit Christiani appellatio, non quiescunt donec alijs quoq; uocentur nominibus, quasi in nomen Brunonis, Benedicti, Roberti aut Francisci sint baptisati. Christiani soli legislatori magistra & doctori Christo adhaerentes, alienorum uocem non agnoscunt, diuinisq; scripturis non receidunt uel latum culmum. Iste autem haereticu esse criminantur, nisi quasuis Romanę ecclesię constitutiones, licet ex diametro cum uerbis doctrināq; Christi pugnantes, recipias & pro diuinis adores. Christiani agnoscunt se habere unum regem, liberatorem, saluatorem & caput in celis. Iste uicarium in terris adorant, & salutem trahunt rebus nedum leuiculis, sed putidissimis. Christiani omnem fiduciam in deum figunt, cui uota & omnes preces offerunt per Iesum Christum, quem solum credunt pontificem summum & patronum uel aduo catum fidelissimum esse omnium credentium. Iste creaturis fragmentisq; hominum supplicant, ac tot sibi deligunt patronos & intercessores, quot in celis uiuunt sancti. Christiani sciunt hostiam Christi semel immolatam semper esse efficacem ad expianda omnia omnium in toto orbe terrarum omniumq; saeculorum hominum peccata. Iste uero ter & quater haereticum esse clamitant, non agnoscere Christum quotidie immolari a sacrificis ad hoc consecratis. Itaq; omnibus commune est nomen Christianum, sed res nomine designata duntaxat fidelium uni Christo adhaerentium.

Conclusio. Concludimus iam totam de rege & sacerdote Christo dissertationem hisce S. Augustini uerbis, Filius dei qui fecit nos, factus est inter nos, & rex noster regit nos: & ideo sumus Christiani, quia ille Christus. Christus a christmate dictus est, id est ab unctione. Reges autem ungebantur & sacerdotes, ille uero unctus est rex & sacerdos. Rex pugnauit pro nobis. Sacerdos obuilit se pro nobis. Quādo pugnauit pro nobis, quasi uictus est, iure autem uere uicit. Crucifixus est enim, & de cruce sua in qua erat fixus diabolum occidit, & deinde rex noster. Vnde autem sacerdos? quia se pro nobis obuilit. Date sacerdoti quod offerat. Quid inueniret homo quod das ret? Mundam uictimam? Quam uictimam? Quid mundum potest offerre peccator? O inique, o impie, quicquid attuleris immundum est. Quære apud te quid offeras, nō inuenies. Quære ex te quid offeras, non delectatur uel arietibus, uel hircis, uel tauris. Omnia ipsius sunt eti non offeras. Nihil mundum inuenit in hominibus quod offerret pro hominibus: seipsum ergo obuilit mundam uictimam, hostiam immaculatam. Non ergo obuilit quod nos illi dedimus, sed

sed quod accepit à nobis, & id mundum obrulit. Carnem ex utero virginis accepit, ut mundam offerret pro immundis. Ipse rex, ipse sacerdos, in eo lætemur, Ipsi gloria in sœcula sœculorum.

*De Spiritu sancto terrena in adoranda trinitate persona, eiusq;
divina virtute.*

SERMO VIII.

RESTAT ut post exposita mysteria filij dei domini nostri Iesu Christi, cōsequenter dicamus de Spiritu sancto, eiusq; potentia & operatione diuina. Nisi autem is insipiret mentes & regat linguam, nunquam poterimus quicquam de ipso uel dicere uel audire ulla cum dignitate aut utilitate. Sicut enim ea quæ dei sunt nemo nouit nisi spiritus dei, ita homines scientiam rerum diuinarum & cognitionem sancti spiritus non aliunde hauriunt, quam ex eodem hoc dei spiritu. Oremus ergo deum patrem, ut per filium dominum nostrum Iesum Christum, misso in corda nostra hoc spiritu suo sancto, dignetur illustrare tenebrosas mentes nostras, & dirigere nos secundum scripturas sanctas in via ueritatis sincera.

Initio autem uidetur nobis non inutiliter explicandum Spiritus Exponitur uocabulum, quod id in scripturis varie & frequētissime usurpetur: spiritus unde non raro impinget grauiter quisquis uim eius uocis ignorabulum. Spiritus proprie nota est elementi, significat aërem, uentum, Spiritus halitum. Ea significatione dictum legimus à salvatore, Spiritus ubi aer uel uen uult spirat, & uocem eius audis, sed nescis unde ueniat, aut quo uatus. Et Paulus, Si orem lingua, inquit, spiritus meus orat, at mens *Ioan. 3, 14.* mea fructu uacat. En spiritu usurpat apostolus pro flatu uel uoce. *1. Cor. 14, 1.* Nam lingue subiungit & menti opponit. Per metaphoram transfertur ad omnem incorpoream substantiam, opponiturq; corpori. Spiritus ergo significat angelum siue bonum siue malum. Propheta enim, quod & Paulus repetiūt, dixit: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammatam ignis. Item, Nonne sunt omnes ad *Psal. 104, 4.* ministratorij spiritus? Hæc testimonia de bonis intelliguntur: quan*Heb. 1, 14.* do de malis loquitur scriptura, serè addit aliquid, ut spiritus malus, uel spiritus immundus. Appellamus & spectra, uel species, assumptus aliqua forma obscuriore, spiritus. Sic apostoli non credentes resurrexisse uero suo corpore dominum, ipsum quidem uidentes, exi*Lucæ 24, 13.* stiuerunt se uidere spiritum. Quibus ille pedes & manus ostendens, addit, Spiritus carnem & ossa non habet, sicut uidetis me habere.

- Spiritus
vita.** Rursus usurparur spiritus pro animali uita, sicut & Latinis spirare
vivere, expirare mori est. David, Cum dederis, colligunt, inquit: &
Psal. 145. cum aperis manum tuam, satiantur bonis: cum uero abscondis fa-
Psal. 104. ciem tuam conturbanur, cum colligis spiritu eorum deficiunt, &
Gene. 6. in puluerem suū reuertuntur. Et dñs apud Mosen, Perdam, inquit,
Spiritus a. uniuersam carnē, in qua est spiritus uite. Peculiariter item rationa-
nima homi lis anima hominis nuncupatur spiritus, adeoq; spiritus sa p̄fissime
ponitur in sacris literis pro anima rationali hominis. In euange-
Luca 22. lio enim legis: Iesus inclinato capite tradidit spiritum. Et de sancto
Act. 7. martyre Stephano legis: Et lapidabant Stephanum inuocantem &
dicentem: Domine Iesu suscipe spiritum meum. Solomon enim
Ecccl. ult. prior dixit: Reuertetur puluis in terram, sicut fuit, & spiritus redibit
Spiritus a. ad deum, qui dedit illum. Nam uero significat spiritus affectum, agi-
nimi affectationem animi, propensionem atq; impulsu. Solomon enim,
Elio. Vrbi dissipate similis est, inquit, cuius spiritus caret retinaculo. Sepe
Prouer. 25 reperias ponit in scripturis spiritum superbie, irae, libidinis aut inuidie, pro affectione superba, iracunda, libidinosa aut inuida. Dicit &
spiritus infirmitatis **Luce 13.** ipsa, inquā, affectio egra & morbi uis.
**Spiritus
motus spi-
rituales.** Significat spiritus & spirituales motus, quos excitat in cordibus san-
ctorum sanctus spiritus, adeoq; ipsa dona per spiritum in corda ho-
minum transusa. Id quod in Paulo ubiq; obuium est. Alicubi op-
**Spiritus
mysticus
sensit.** ponitur spiritus literæ, corpori, figuræ, typu vel umbræ, usurpatuq;
pro altiore seu mystico sensu ipsoq; rei nucleo: ut cum Paulus dicit:
Rom. 2. Circumcisio cordis, circumcisio est quæ spiritu constat non litera.
2. Cor. 3. Et iterum, Dominus fecit nos idoneos ministros noui Testamenti,
**Spiritus
reuelatio.** non literæ, sed spiritus. Nam litera occidit: spiritus uiuificat. Ergo
inuenias spiritum ponit pro inspiratione reuelatione atq; doctrina.
1. Joan. 4. Ioannes enim, Ne credatis, inquit, cuius spiritui, sed probate spiri-
2. Thess. 5. tus an ex deo sint. Item, Spiritu ne extinguatis, prophetas ne asper-
**Spiritus
deus.** nemini Postremò appellatur deus immensa & ineffabilis illa uirtus
spiritus. Deus, inquit, dominus noster, est spiritus, & eos qui adorat
eum, spiritu & ueritate oportet adorare. Hac ratione uocabulum spi-
Ioan. 4. ritus commune est omnibus personis adorandæ trinitatis: peculia-
riter tamen tertiae personæ trinitatis accommodatur, de qua sermo-
nem hunc instituimus.
**Spiritus
sanctus
quid.** Et quamvis Spiritus sanctus, eo quod deus sit, nullis possit cir-
cumscribi limitibus: est enim natura sua ineffabilis, immensus, in-
comprehensibilis, æternus: ut tam en certo ordine de eo aliquid di-
cam, adumbrabo saltem id quod de ipso fusissime tradit scriptura:
ipsius sancti spiritus inspiratio. Spiritus sanctus est tercia in adorans
da tri

da trinitate persona, deus uerus, ex patre & filio procedens, qui fide
les illuminat, regenerat, sanctificat, & omnibus bonis adimpler. Ce-
terum Spiritum sanctum tertiam esse in adoranda trinitate personā
demonstratum opinor abunde satis in Sermone huius Decadis 3.
Evidem unica hæc Salvatoris nostri sententia, Baptisate eos in no-
men patris, & filii, & spiritus sancti, abunde confirmat p̄q̄ mentis
bus, quod spiritus sanctus est tercia in trinitate persona.

Porro deum esse uerum, eiusdem potestatis, gloriae, maiestatis & *Spiritu san-*
ctissimæ cum patre & filio, illud in primis arguit quod tercia est in *etum esse*
santa trinitate persona. Neq; cogitandum est hunc illis minorem *uerū dñm*,
esse quod tertio loco numeratur. Nam licet ordine commemoretur
a nobis trinitas beata, nullus tamen gradus, nullum tempus, nullus
locus aut numerus est in benedicta trinitate. Nam secundum scri-
pturam confessus est beatus Athanasius, & dixit, Fides catholica
hæc est, ut unum deum in trinitate, & trinitatem in unitate, uenere-
mur: neq; cōfundentes personas, neq; substantiam separantes. Alia
est enim persona patris, alia filii, alia spiritus sancti: sed patris & filii
& spiritus sancti una est diuinitas, & qualis gloria, coæterna maie-
stas. Qualis pater, talis filius, talis spiritus sanctus. Increatus pater,
increatus filius, increatus spiritus sanctus. Immensus pater, immen-
sus filius, immensus spiritus sanctus. Aeternus pater, æternus filius,
æternus spiritus sanctus: & tamen non tres æterni, sed unus æter-
nus, &c. Sed & S. Augustinus libro de Trinitate 15. cap. 26. In illa
summa trinitate ait, quæ deus est, interualla temporum nulla sunt,
per quæ possit ostendi aut saltem requiri, Virum prius de patre na-
tus sit filius, & postea de ambobus processerit spiritus sanctus. Erre
liqua. Certe cōfitemur unum esse deum patrem, filium, & spiritum
sanctum, & hunc esse æternum. Neminem ergo cōturber quod ul-
timò loco ponitur spiritus. Nam cum apostolus in epistola ad Cor-
inthios benedictionem cōtexit, Gratia domini nostri Iesu Christi, 2. Cor. 13:
inquit, & dilectio dei & communicatio sancti spiritus sit cum om-
nibus uobis. Ultimo quidem loco commemorat spiritum: uerum
idem Paulus, Diuisiones donorum sunt, ait, sed idem spiritus: & di-
uisiones ministeriorum sunt, sed idem dominus: & diuisiones ope-
rationum sunt, sed idem est deus, efficiens omnia in omnibus: pri-
mo utiq; loco constituens spiritum, docens ordinem nominū non
facere dignitatum differentiam. Hac ratione etiam in priore testi-
monio patri filium præposuit, non euerēs ordinem, quem posuit
apud Matthgum dominus: sed trinitatis in honore æqualitatē osten-
dens, Quid enim clarius dicas, quam quod scriptura dicit spiritum

1. Cor. 13.

Math. 28

DE SPIRITU SANCTO.

sanctum sanctificare, renouare, regenerare, uiuiscare ac saluare.
Hæ autem sunt operationes soli deo congruentes. Ex operationi-
bus itaq; manifeste agnoscimus spiritum sanctum esse deum, eius-
dem essentia & potentia cum patre & filio. Est enim spiritus san-
ctus ab æterno ante omnes creatureas uisibilis & inuisibilis, creator
Iob. 26. non creature, testificante Iob, Spiritus eius ornauit ecclœs. Item, Spi-
ritus dei condidit me, & assatus omnipotens indidit mihi uitam.
Lucæ 1. Zacharias sacerdos pater Ioan. Baptistæ, Benedictus, inquit, domi-
nus deus Israël, quia fecit redemptionem populo suo : sicut loqua-
tus est per os sanctorum, qui à seculo sunt prophetarum suorum.
2. Petri. 1. At S. Petrus, Nō uoluntate hominis, inquit, allata est prophœtia, sed
à spiritu sancto impulsu, loquui sunt sancti dei homines. Ex his ob-
secro quis non colligat spiritum sanctum esse deum? Deus enim lo-
quutus est per os prophetarum: & spiritus sanctus loquutus est per
os prophetarum. Spiritus sanctus ergo deus est. Idem Petrus spiritu
sanctum disertis uerbis appellauit Deum, Ananiam accusans furū
imò & sacilegij. Cum enim dixisset: Cur seduxit Sathanas cor tuū,
ut tu mentireris spiritui sancto? subiunxit protinus: Non es menti-
tus hominibus, sed deo. Doctrinæ S. Petri per omnia conuenient
quaæ docuit docto[r] gentium S. Paulus. Credentes enim nuncupa-
uit templo dei, Nesciis, inquit, quod templum dei esis, & spiritus
dei habitat in uobis. Et iterum, Nesciis quod corpora uestra sunt
templum sancti spiritus quem habetis à deo, & non esis ipsi uesti
iuris? Pro eodem usurpat Paulus, templū esse dei, & templum esse
sancti spiritus: consequitur ergo quod spiritus sanctus sit deus.
1. Cor. 3. Nam in epistola ad Corinthios diserte spiritum sanctum nominat
2. Cor. 6. deum. Postquam enim dixisset, Diuisiones gratiarum sunt, idem au-
tem spiritus, generatq; gratiatum recensuisset, mox subiungit: Omo-
nia autem hæc operantur unus & idem spiritus, diuidens peculiaris-
ter unicuiq; sicut uult. At idem paulo ante dixerat, Diuisiones ope-
rationum sunt, sed idem est deus, omnia efficiens in omnibus. Eui-
dentissimum uero diuinitatis spiritus sancti argumentum cōstruit
insignis eruditio[n]is uir Didymus Alexandrinus ille, ostendens item
naturam eius alienam prorsus esse ab angelica. Nam 1.lib. de spiritu
eu sancto sic interprete beato Hieronymo scriptum reliquit, Si spi-
ritus sanctus unus de creaturis esset, saltē circumscriptam haberet
substantiam, sicut uniuersa quaæ facta sunt. Nam et si non circumscrī-
bantur loco & finibus inuisibilis creature, tamen proprietate sub-
stantiæ finiuntur: spiritus autem sanctus cum in pluribus sit, non ha-
bet substantiam circumscriptam. Mittens quippe Iesus prædicto-
res doce

tes doctrinæ suæ, replete eos spiritu. Nec vero omnes apostoli ad omnes gentes pariter sunt profecti, sed quidam in Asiam, quidam in Scythiam, & alij in alias dispersiones, secundum dispensationem illius quem secum habebant spiritus sancti, quomodo & dominum dicente: Vobis sum omnibus diebus usq; ad consummationem seculi. His & illud congruit, Eritis mihi testes usq; ad extrellum terræ. Si ergo hi in extremis finibus terræ, ob testimonium domini constituti, distabant inter se longissimis spatijs, aderat autem eis inhabitator spiritus sanctus, incircumscripsum habens substantiam, demonstratur angelica uirtus ab hoc prorsus aliena. Angelus quippe qui aderat, uerbi gratia, apostolo in Asia oranti, non poterat simul eodem tempore adesse alijs, in ceteris mundi partibus constitutis. Spiritus autem sanctus non solum sciunctis a se hominibus presto est, sed & singulis quibusq; angelis, principatibus, thronis, dominationibus inhabitator assistit, &c. Quis autem hic non colligat spiritum sanctum uerum esse deum? Plurima alia diuinitatis uerae spiritus sancti argumenta collegit idem ille author, deinde S. pater Cyrilus, & absolute disputauit de ea S. Athanasius ad Theophilum libro de Trinitate 11, nos paucula hæc hactenus recitata, obsequenibus ueritatemq; amantibus satis fore credimus.

Hæc qui firmiter credunt non mouentur ullis opinionibus & spiritus questionibus peregrinis, circa hoc negotium curiose immo impie a sanctius non male feriatis quibusdam inductis. Nam negasse quidam feruntur est minister spiritum sanctum esse dominum. Ministrum enim ac ueluti instrumentum quoddam patris & filii esse tradiderunt. Cæterum Christum. dominus spiritum sanctum fibi & patri coniunxit, tradens baptismi formam. Dicit enim Baptisantes eos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Atqui manifestum est creatori non coniungi in baptismō creaturam, nec subseruiens esse quicquam in diuinitate. Itaque Synodus Constantiopolitana in Symbolo suo uoces aliquot spiritui sancto addidit, quibus errores aliquot elideret, dominum & uiuis factorem ipsum appellans. Nam cum dominum uocat, filio & equat, & excludit seruilem uel ministerialem conditionem, præterea negat illum istorum esse instrumentum. Vnus est enim dominus: non sunt plures domini. Et filius non est spiritus sancti dominus: sed dominum est commune trium personarum, quæ sunt unus tantum dominus. Cum autem dominus sit spiritus sanctus, certe non est ministerio seruili addictus, sed dominica auctoritate praeditus: nec ad opus exequendum subseruit, sed cooperatur patri & filio, adeoq; ipse ut dominus operatur.

DE SPIRITU SANCTO.

Spiritus Feruntur rursus alij quidam docuisse spiritum sanctum non esse
sanctus sub substantiam uel personam, sed ueluti accidens, hoc est concitatione
stantia est, uel agitationem aut motum pia ac renouatae mentis. Ac reuera ap-
non acci- pellatur nō raro mens nostra spiritu sancto illuminata spiritus: sed
dens. probe nobis distinguenda est creatura à creatore, & à substantia ac-
Rom. 8. cidenſ. Distinxit beatus apostolus nostrum spiritu à spiritu dei san-
cto, cum dixit: Qui spiritu dei ducuntur, hi sunt filii dei. Idem spiri-
Gal. 5. tus testimonium reddit spiritui nostro, quod simus filii dei. Ac idem
 apostolus: Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem ad-
 uersus carnem. Quis autem non intelligat hominis mentem à spi-
 ritu sancto instructam hic appellari spiritum, non ipsam tertiam in
 adoranda triade personam? Et mens illa, quod illuminationem at-
 tinet, non ex semetipsa existit, sed proficisciatur à spiritu sancto illu-
 minante, nec ab alio, quām qui est tercia in trinitate persona, sed nō
 est ipsa persona spiritus sancti: sicut imaginatio proficisciatur ab ani-
 ma, nec ramen est ipsa anima. Concitatio illa spiritus in nobis est
 accidens: deus autem non est accidens neq; accidenti permiscerur.
 Confitendum est itaq; secundum scripturas, spiritum sanctum esse
 personam subsistentē, natura aut essentia patri & filio coę qualem,
 & iccirco adorandum nobis & glorificandum ut deum uerum &
 creatorem: rursus pium uel sanctum motum in animis sanctorum
 per eundem spiritum sanctum excitatum, esse effectum & creaturā
 huius spiritus sancti, diciq; spiritum sanctum, sed suo modo. Alio-
 qui non negamus ipsum nobis sanctum spiritum promissum com-
 municari: uerum pro modulo nostro & sicuri ille uult. Quis enim
 hominum comprehendat plenitudinem æterni & immensi dei?

De processione Porro de processione sancti spiritus ex patre & filio subtiliter
spiriti & grauiter disputatū est à theologis. Quæritur enim an à patre solo,
tus sancti, an & à filio procedat? In qua questione Latini à Græcis plurimum
 dissentire uidentur. Quæritur item qualis sit illa processio? Nos o-
 missis pluribus curiosis questionibus, ea breuiter proferemus in-
 medium, quæ salutaria & scripturis sanctis sunt conuenientia. Quis enim
 curiosorum hominum questiones omnes ociosorumq; co-

Spiritus gitationes & audaces & immundas circa offenditionem optimorum
sanctus uitiorum, & maxime simplicium auditorū excusserit! Spiritum san-
 procedit à etum à patre & à filio procedere scripture manifeste docet, quæ a-
 patre & fi pertissime ostendit illum: uiriusq; uel amborum esse spiritum. Ille
 lio. enim est de quo dicit apostolus: Quoniam autē estis filii, misit deus
Gal. 4. spiritum filii sui in corda uestra. At de eodem spiritu loquens filius,
Lucae 21. ait, Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestris lo-
 quitur:

quatur in uobis. Rursus idem filius de spiritu sancto dicit: Quem ego mitram uobis à pare. Et iterum alibi, Quem mitter pater in nomine meo. Procedit ergo de utroque tam de pare quam de filio. Tametsi enim alicubi legatur dictum esse de spiritu sancto, Qui à pare procedit, non negatur tamen & ex filii substantia procedere. Quinimo Cyrillus scriptor Græcus S. Ioan. euangelium interpretans, & hunc ipsum locum enarrans lib. 10. cap. 33. Cum spiritum ueritatis, inquit, id est suum (ipse enim ueritas est) paracletum appellauerit, ex pare ipsum procedere ait. Nam sicut filij spiritus est naturaliter, in ipso manens & per ipsum procedentes, sic certe patris quoque spiritus est. Quibus autem spiritus cōmuniſt̄ est, nō profecto substantialiter disſeparari non possunt. Rursus S. Augustinus in 15. de Trinitate lib. cap. 26. Qui potest intelligere, inquit, in eo quod filius dicit, Sicut habet pater uitam in semetipso, nō sine uita existenti iam filio, uitam dedit, sed ita eum sine tempore genuisse, ut uita quam pater filio gignendo dedit, coeterna sit uita patris, qui dedit, intelligat, sicut habet pater in semetipso, ut de illo procedat spiritus sanctus, sic dedidisse filio, ut de illo procedat idem spiritus sanctus: & utrumq; sine tempore, atq; ita dictum spiritū sanctū de pare procedere, ut intelligatur quod etiam procedit de filio, de pare esse & filio. Si enim quicquid habet, de pare habet filius, de pare habet uisque ut de illo procedat spiritus sanctus. Hæc ille. Ex istis omnibus colligimus, spiritum sanctum procedere tam à pare quam filio.

Iam quod modum processionis attinet, duplē videmus esse. Duplex est spiritus sancti processionem, temporariam & æternam. Temporaria processio ea est, qua sanctus spiritus procedit ad sanctificandos homines. Aeterna uero processio ea est, qua ab æterno ex deo emanat. Vtrobique ab utroq; tam pare quam filio procedit spiritus. Nec diuisim à pare in filium, & ex filio in creaturas prodit. Nam una eademq; indiuisa, inquam, est natura & substantia patris & filij, addit & coeterna. Temporaria processio ferè appellatur missio ac donū. Temporaria Mittitur autem spiritus sanctus hominibus duplicitate, uisibiliter, ut columba & lingua ignea delicer sub specie aliqua uisibili, utpote columba & lingua ignea: sicut datus legitur in euangelio & Actis apostolorum Christo & apostolis: inuisibiliter quotidie & singulis quasi momētis dominatur fidelibus, irrigante gratia sua nos spiritu Christi & cōserente nobis fidem, spem & charitatem. Porro æterna processio spiritus sanctus est, qua est substantia patris & filij procedit, perinde ut filij generatione procedit ex pare, ineffabilis est. Vnde in euangelio non dicitur processus aut procedet, sed procedit. Ita enim ostendit dominus procedendū.

DE SPIRITU SANCTO.

eternitatem ac coeternam & insectilem minimeq' differentem esse substantiam patris, & filii, & spiritus sancti. S. Augustinus libro de Trinitate 15. cap. 26. Qui potest intelligere sine tempore generationem filij de patre, intelligat sine tempore processionem spiritus sancti de utroq. Si uero quis roget, Cū spiritus sanctus ex substantia patris & filii procedat, qui fiat quod non dicatur filius? Respondeo, scripturam secundam personam appellare filium, ac testificari hunc unigenitū esse patris: eandem nuspiciam memorare spiritū sanctum generari uel filium dici. Nec aliud ad hanc questionē responderunt ueteres. Placet autem similitudo quae hic profertur, si ē duobus fontibus emanaret unus fluuius, recte diceretur ab utroq' profluere, neutrius tamen filius diceretur. His non sine fructu nec extra propositum cōiungere uidebor Didymi disputata de missione, ne quis perperam & secundum carnem intelligat quod interpretandum est ex fide spiritualiter. Spiritus sanctus consolator à filio mititur, inquit, non secundū angelorum, aut prophetarum, aut apostolorum ministerium, sed ut mitti decet à sapientia & ueritate spiritum dei, indiuisam habentem cum eadem sapientia & ueritate naturam.

Vide Sermonem 3. Dei circa alia transmigrans. Impossibile quippe hoc pariter & blasphemum inuium. Etenim filius missus à patre non separatur nec disiungitur ab eo, manens in eo, & habens illum in semetipso. Quin spiritus ueritatis huīus Dei supradicto modo missus à filio de patre egreditur, non aliunde ad eadis circa alia transmigrans. Si enim hic spiritus ueritatis iuxta naturas corporum certò spatio circumscriptus est, alium deserens locum ad aliū commigravit: sed quomodo pater non cōsistens in loco ultra omnem corporum est naturam: ita & spiritus ueritatis nequaquam locorum sine clauditur, cum sit incorporalis, & ut uerius dicam excellens uniuersam rationalem creaturam. Quia ergo impossibile est & impiū, ista quæ diximus in corporalibus credere, exire de parte spiritum sanctū sic intelligendum, ut se saluator de eo exisse testatur, dicens: Ego ex deo exiui & ueni. Et sicut loca & commutationes locorum ab incorporealibus separamus, sic & prolationes intus dico & foris ab intellectu actualium natura discernimus: quia istæ corporum sunt recipiētum tactum & habentium uastitates. Inessibili itaq' & sola fide noto sermone credendum est, saluatorem dictum esse exisse à deo, & spiritum ueritatis à patre egredi, &c. Alias questiones & intricatas & plurimas transeo intactas: religiosam & minime curiosam, fidelem & non argutulam mentem in his requiro.

Vnus est spiritus sanctus. Vnus est autem spiritus, quia unus atq' idem est perpetuo deus. Idem ergo spiritus est qui loquutus est patriarchis, prophetis, apostolis,

stolis, & qui hodie loquitur nobis in ecclesia. Ideo enim Synodus
 Constantinopolitana sic confessa fidem legitur, Credo in spiritum
 sanctum dominum. Et mox, Qui loquutus est per prophetas in u-
 nam catholicam & apostolicam ecclesiam, Sumpia sunt hæc ex san-
 cta scriptura. Nam S. Perrus disertis uerbis testificatur in prophetis 1. Pet. 1.
 fuisse spiritum Christi. Non autem alius fuit in apostolis, quam spi-
 ritus Christi. Et Paulus apostolus, Habentes, inquit, eundem spiritum 2. Cor. 4.
 sicut scriptum est, Credidi, propter quod loquutus sum: & nos
 credimus, ideo loquimur. Ex quo testimonio Tertulli, infert, & or=
 thodoxe quidem, Vnus ergo & idem spiritus est qui fuit in prophe-
 tis & apostolis. Eundem promittit in ecclesia semper futurum. Erra-
 uerunt ergo, & turpissime quidem, quicunq; apud ueteres finixerūt
 alium deum & spiritum ueteris, alium uero esse noui Testamenti.
 Didimus ille Alexandrinus, illustre ecclesiarum Græcæ suo seculo
 lumen, libro de Spiritu sancto primo. Nec existimare, inquit, debe-
 mus spiritum sanctum secundū substantias esse diuisum, quia mul-
 titudo bonorum dicitur, Impassibilis enim & indiuisibilis ars im-
 mutabilis est, sed iuxta differentes efficientias & intellectus, multis
 bonorum uocabulis nuncupatur: quia participes suos non iuxta
 unam eandemq; uirtutem communione sui donat, &c. Cæterum *Incrementum*
 incrementum uel augmentum, adde & diminutionem ars defectu*ta spiritus.*
 habet in homine spiritus sanctus: non quod in deum (qui, sicut uul-
 go & recte dicitur, nec maius nec minus recipit) cadat ulla muta-
 tio, sed quod homo pro modulo suo, pro ut spiritui sancto uisum
 est, spiritum copiose & liberaliter, uel modice aut parce accipiat. Da-
 batur cœlitus duplex portio spiritus Heliae Heliæ 4. Reg. 2.
 Et de Saluato re nostro dicitur, quod pater ei spiritum dederit, non ad mensuram, Ioan. 3.
 Nam alibi dicit ipse dominus, Quisquis habet, dabitur illi, & redde-
 tur abundantior. Quisquis autem non habet, etiam illud quod ha-
 bet tolletur ab eo. Saul egregia acceperat charismata, quoniam uero 1. Sam. 16
 ea non excolebat, recessit ab eo spiritus dei bonus, & successit ipsum
 affligens spiritus malus. Recedit autem spiritus dei sicut & accedit,
 non per interualla. Cum enim deserimus à domino, recedit à nobis
 spiritus dei. Vnde orasse Davidem legimus. Ne proijcas me à facie Psal. 51.
 tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Et iterum, Spiritu
 principali confirma me.

Post ista innestigandum videatur, quis sit effectus, quæ uirtus san- De effectu
 ti spiritus. Inessibilis est autem uirtus omnipotentis & æterni dei, & uirtute
 nemo ergo ad plenum exposuerit quæ sit uirtus sancti spiritus. Di- sancti spiri-
 cam tamen aliquid, ea proferens in medium, quæ in hominibus uis.

DE VIRTUTE S. SPIRITVS.

maxime operatur. Alioqui enim per spiritum pater operatur omnia, per ipsum creat, sustinet, mouet, uiuificat, vegetat & conseruat omnia: per eundem fidèles suos regenerat, sanctificat & uarijs charismatibus donat. Vnde in descriptione eius superius posita quatuor membris præcipuas eius uirtutes in hominibus sese exerentes complexus, dixi illū fidèles illuminare, regenerare, sanctificare & adimplere bonis omnibus. Quæ ut intelligantur rectius, proderit in primis spiritus sancti nomina uel appellationes, quas ipsi sancta tribuit scriptura, uerung exponere: deinde unum & alterum ueris & noui Testamenti locum de uirtute sancti spiritus editum recitare. Principio nuncupatur spiritus dei sanctus, quia sanctificatur omnes per hunc quotquot sanctificantur creature. Sanctificatur gratia sua pater cœlestis, sed per sanguinem dilecti filii sui, sanctificatione autem per spiritum in nos deriuatur & ob-signatur. Sanctificat ergo nos sancta trinitas unus deus. Impium est ergo sanctificationem rebus tribuere alienis aut peregrinis. Impium est purificationem & iustificationem à creatore ad creature transferre. Dicitur præterea sanctus ad discretionem aliorum spirituum. Legimus enim in scripturis fuisse & esse spiritum mundi, spiritum uertiginis, spiritum fornicationis & immunditiae, spiritum superbie. Ab his omnibus secernitur spiritus sanctus, qui inspirat huius mundi contemptum, qui aperit scripturas & confirmat in ueritate, qui purificat corda, & castas reddit conseruatq; mentes, qui deniq; humiles & mites efficit, & omnem à nobis malitiam disspellit. Idem spiritus sanctus appellatur dei & filij spiritus. Dei quidem, ad differentiam spiritus satanæ. Filij autem, quia filij proprius & naturalis est: quæ nobis quoq; cōmunicat, ut simus etiam nos filii dei. Paulus enim: Templum dei uos estis, inquit, & spiritus dei habitat in uobis. Item, Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Et iterum: Quoniam estis filii, emisit deus spiritum filij sui in corda nostra, clamans, Abba pater.

Spiritus sanctus dei & filij spiritus. 1. Cor. 3. Rom. 8.
Spiritus sanctus p̄a racleus. **Ioan. 14.**

Porro Paracletum nuncupauit ipse dominus noster spiritum sanctum in historia euangelica, dicens: Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis, ut maneat nobiscum in æternum, spiritum ueritatis, quem mundus non potest accipere: quia non uidet eum, nec nouit eum. Vos autem cognoscitis eum, quia apud uos manet, & in uobis erit. Significat autem παράκλητος consolatorem, impulsorem, exhortatorem, aduocatum siue patronum, qui clientis caussam agit. Est enim spiritus sanctus omnium fidelium oculus, cor, consilium, manus & pes. Didimus in opere suo de spiritu sancto. Ab operatione

Operatione spiritui sancto, inquit, nomen imponens, Cōsolatorem Consolatorū uocat. Quia nō solum consolatur eos quos se dignos reperit, & ab eō gaudia omni tristitia & perturbatione reddit alienos, uerum incredibile spiritus quoddam gaudium & hilaritatem eis tribuit, in tantū ut possit quis sanctus deo gratias referens quod tali hospite dignus habeatur, dicere: De diei lætiam in corde meo. Sempiterna quippe laxitia in eorum cor de uersatur, quorum spiritus sanctus habitator est. Certè solus spiritus sanctus securas & tranquillas reddit hominum conscientias coram deo in iustificationis negotio, & in omnibus mundi tentatiōnibus. Paulus, Hoc solum cupio discere à uobis, ait, an ex operibus legis accepisti spiritum, an ex prædicatione fidei. Apostoli uirgis cæsi, cum donari essent spiritu sancto, & consolatore illum præsentem haberent in animis, ibant gaudentes à cōspectu concilij, quod digni habiti essent, ut pro nomine Christi afficerentur contumelia. Ita legimus in historia ecclesiastica, martyres Christi spiritu sancto plenos in ipsis tormentis & mortibus acerbissimis, patientissimos fuisse ac deo cecinisse hymnos & egisse gratias. Præterea audiui-
mus spiritum sanctum à domino nuncupari spiritum ueritatis, sanctus spi-
ritus Nam & alibi eundem eodem ornat nomine, dicit enim: Cum ue-
ritas ueritatem paracletus, quem mittam ego uobis à patre, spiritus ueritatis, tatis.
qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Veritas autem Ioan. 14, 6.
spiritus dicitur, quia est aliis spiritus hypocriticus, spiritus im-
postor, eroneus & mendax in ore omnium pseudoprophetarum.
Hic spiritus noster synceritatem, candorem & integritatem opera-
tur in suis cultoribus. Hos docet omnem ueritatem: nam dominus
noster alibi in euāgelio: Paracletus ille, dicit, qui est spiritus sanctus, Ioan. 14, 8
quem mittet pater nomine meo, ille uos docebit omnia, & sugge-
ret uobis omnia quæ cunq; dixi uobis. Omnem itaq; ueritatem cre-
dendam, omnemq; pietatem apostolos docuit spiritus ueritatis: &
illi eandem plene uadiderunt ecclesię. Nam spiritus sanctus omnes
discutit errores, omnes extinguit hæreses, omnem idololatriam &
imprietatem profligat, & ueram fidem cordibus infundit, & ue-
ram religionem in eccllesia confirmat. Exempla plurima suppedita-
nt Acta apostolorum. Ex hoc dei spiritu suura prædixerunt apo-
stoli, inter alia Antichristum & corruptionem postremi seculi nostri
adumbrantes, admonentesq; eccliam ne electi erroribus & impie-
tibus blasphemis implacentur.

Spiritus autem promissionis ideo uocatur, quia patribus à deo Spiritus
per prophetas & apostolis omnibusq; doctrinæ apostolorum cre-
dentibus per Christum promissus, tandem & plenissime per eundem nis.

DE VIRTUTE S. SPIRITVS.

Gal. 3. est exhibitus. Admonet hoc uocabulum pios, ne suis meritis ingens ac salutare hoc donum acceptum sed mercē dei gratiae ferant. Ex promissione diuina conceditur imō donatur nobis spiritus sanctus; unde consequens est omnia dona esse gratuita: id quod apostolus Paulus unice in suis epistolis urget & inculcat, ad Romanos maxime & Galatas.

Spiritus sanctus dei. Apud Lucam dicit dominus: Si digito dei ejicio dæmonia, profecto peruenit ad uos regnum dei. Eadem uerba reddens beatus Mauthæus: Quod si spiritu dei, inquit, ejicio dæmonia, ergo peruenit ad uos regnum dei. Proinde spiritus sanctus appellatur digitus dei, nimirum uirtus & potentia dei. Digitis operantur opifices, diuinā uirtute per spiritum, inquam, suum operatur opera sua deus: cuius potentia tanta est, ut uel minimus (licet sic loqui) eius digitus

Exod. 9. omnem in mundo excellat uirtutem. Id apparuit in magis illis Aegyptiacis. Didymus parabolam referrat ad unitatem substantię diuinę, & diligenter ac in loco admonet, ne propter corporalia corporalem rerum spiritualium sensum nobis confingamus. Dicit enim,

Vide qua dicta sunt contra An thropomorphis Ser. 3. huius De cadas. Verum caue ne ad humilia deiectus depinges in animo tuo corporalium actuum diuersitates, & incipias tibi magnitudines & in re contra An qualitates & cætera corporum maiora & minora membra confinere, dicens digitum à manu, & manū ab eo cuius est manus, multipitas ser. Discrepare, quia de incorporalibus nunc scriptus inæqualitatibus. Itaq; reiçe inæqualitates & mensuras cum deo cogitas, & intellige digiti & manus & totius substantię unitatē: quo digito lex in tabulis lapideis scripsa est. Hæc ille.

Spiritus a qua et fons uiuus. Iam per aquam & fontem uiuum sive perennē spiritus sanctus adumbratus legitur, cum in propheticis, tum in apostolicis literis.

Isaie 44. Effundam, inquit apud Isaiam dominus, aquas super sitientem, & flumina super aridam. Et per interpretationem mox addit: Effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam. Et in euangelio dicit dominus: Si quis sit, ueniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scripture, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Quibus per expositionem subiungit historicus sacerdos: Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Aqua certè fœcundat steriles agros, purificat coquinatas, sufficiens potat, & restuantes refrigerat. Fœcundat & gratia sancti spiritus

Joan. 7.

spiritus steriles mentes ad fructificandum deo uiuenti. Purificatur corda nostra ab omni immundicia per eandem gratiam, eadem siim extinguit animæ, afflictamq; refocillat, & omne eius explet desiderium.

Ignis simplex est & purus, & alia quidem corpora consumit, alia Spiritus uero purgatoria mundiora reddit, calefacit item, & multas in homine operationes habet utiles & necessarias. Recte ergo per ignem Sanctus ignis adumbratur nobis spiritus sanctus. Nam purus est & simplex, impios consumit, fideles à lordinibus peccatorū expurgat, redditq; amore dei & proximi flagrantes, sui nimirum amoris igne accendens. Cum hic apostolis dabatur in die pentecostes, audiebatur sonitus, tanquam imperii uenientis flatus uehementis: qua re significabatur pietatis doctrinam diuina uitute & mirabil successu per totum sanctus flatus orbem fore propagandam, ne quicquam renidente toto mundo. uis uehementia enim nemine obstante totum perflat orbem, omnia pene mens. erat, à nemine excludi potest: miros itē habet in corporibus effectus Act. 2. mutandi. Et spiritus sanctus penetrat omnia, corda emollit, & ex in tractabilibus ferocibusq; facit obsequientissimos modestissimosq;. Apparet super capita apostolorum discipulorumq; donatorū spiritu sancto, igneæ linguae, significantes utiq; operationem eius, cuius sanctus lumen erat symbola sancti spiritus. Nam erudit hic, exhortatur & conseruans ignea. solatur fideles: neq; frigidis sed igneis linguis instruit fideles. Fulmine enim & tonare uisi sunt apostoli, non loqui, cum prædicarunt euangelium: quo nomine & quidam illorum nuncupati sunt ab ipso salvatore Filij tonitru. Præterea apparet sanctus spiritus super spiritus dei filio, iam à baptista Ioanne tincto, sub specie columbae. Nam hæc sanctus comititis ac mansuera est, felle carens. Quæ locum dedit proverbio, Columba lumbini mores: item, Columbina simplicitas, & Māsueterior columba Matth. 3. ba. Est enim columba in avibus, quod ouis in quadrupedibus, quæ nulli animantium meditatur noxam: unde & Christus appellatus Isaia 53. est Ovis uel Agnus. De spiritu itaq; dei, Sapiens ille rectissime, Spiritus sapientiae, inquit, sanctus est, unicus, multiplex, subtilis, disertus, illustris, incontaminatus, certus, suavis, boni studiosus, acutus, probaberis nescius, beneficus, benignus, stabilis, securus, omnipotens, perspiciens omnia, omnesq; spiritus rationales & mundos, etiā subtilissimos penetrans.

Rursus appellantur spiritu sancto donati uncti à domino. Nam spiritus sanctus dicitur & oleum & unctio. Nisi enim à spiritu sancto irrigati fuerimus, steriles contabescimus. Destituimur enim humore uitali celesti, & natura nostra semper arescimus. Vnctionis filio.

DE VIRTUTE S. SPIRITVS.

autem huius celebris typus præcessit in unctione ceremoniali regum & sacerdotum. Beatus Ioannes, Et unctionio, inquit, quam uos accepistis ab eo, manet in uobis; & non necesse habetis ut quisquam doceat uos, sed sicut ipsa unctionio docet uos de omnibus, & uerax est, & non mendacium. Et sicut docuit uos, manere in ea. Nam & apud

Ieremiam dicit dominus: Hoc est testamentum quod disponam domui Israel post dies istos, dabo leges meas in mentem illorum, & in corde illorum inscribam eas, & ero illis deus, & ipsi erunt milii populus. Et non docebit quisque proximum suum, & unusquisque fratre suum, dicens: Cognoce dominum. Nam omnes cognoscet me a minimo ad maximum. Quoniam placatus ero super iniusticijs eorum & peccatis eorum, & iniquitatibus illorum non recordabor amplius. Verum ostendimus paulo ante spiritum sanctum esse uniuersalem omnis ueritatis doctor. Huc pertinere uideretur quod S. Paulus, Deus est, inquit, qui unxit nos, qui etiam obsignauit nos, deditque archam spiritus in cordibus nostris. Nunc enim non tantum unctione nuncupatur spiritus sanctus, sed & obsignatio uel arrababo salutis nostræ. Apropter enim siue appositi pars est solutionis, quæ fidem facit iustus summæ persoluenda, pignus scilicet. Et spiritus quidem sanctus testificatur nunc, immo & obsignat certificatus quod sumus filii dei, aliquando autem recipiendi in æternam hereditatem. Paulus enim rursus, Obsignati estis, inquit, spiritu promissionis sancto, qui est arthabo hereditatis nostræ, in redemptionem acquisitione possessionis, in laudem gloriae ipsius. Ephes. 1. cap. Ea certificatio mirum in modum confirmat mentes fidelium in temptationibus consolaturque, animat præterea ad patientiam in aduersis, & ad sanctimoniam uitæ.

2. Ioan. 4. Hinc enim dixit beatus Ioannes, Vos ex deo estis filioi, & uicisti eos, quoniam maior est qui in uobis est, quam qui in mundo. Eritemus, Nunc filii dei sumus, & nondum apparuit quod futuri sumus; scimus autem quoniam si apparuerit, similes ei erimus: quoniam uidebimus eum sicuti est. Et omnis qui habet hanc spem in eo, purificat se, sicut & ille purus est.

Spiritus
sanctus
charitas. Quemadmodum uero spiritus sanctus nexus est ineffabilis, quo æterna concordia inseparabiliter sibi iunctæ sunt tres personæ. Ita idem indissolubili uinculo sponsam Christi coniungit sponso suo, omniaque mystici corporis membra sempiterno fædere inter se se copulat. Nam sicut membra corporis nostri coherent integra, beneficio spiritus, ita corpus Christi mysticum cōglutinatur per spiritum sanctum. Nihil itaque mirum est quod hic charitatis nomine insignitur, qui & cordibus nostris charitatem insundit.

Vicunq;

Vt cung^o uero ex his nominibus sancti spiritus intelligi possit o^r. Operatio eius, subijciam tamen testimonia scripturæ aliquot, ex quib^s nes sancti bus plenius intelligatur uirtus sive effectus eius, in nobis maxime, spiritus. Isaia in principio ferè libri sui describens personam regis Messia, Isaiae 11. inter alia dicit: Super quo spiritus domini requiesceret, spiritus sapientie & intelligentie, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientie & timoris domini, & faciet eum spirare timorem domini. Multis quidem membris expositis nondum omnes spiritus uires enarravit. Proinde non est quod in arctū septenarij angustias cum uulgo cōcludamus uires uel dona spiritus. Audiuius enim hactenus esse spiritū promissionis, doctrinæ, humilitatis & misericordie, &c. Quibus insuper hæc quoq^z plurima connumerantur. Est enim spiritus sapientie. Hæc uero quanta sit & quam late pateat, claret uel in Sapientia, rebus Solomonis. Sapientie coniungitur intelligentia, quæ dicitur Intelligentia esse praxis & applicatio sapientie, rebus, locis, temporibus & persona. mis attemperata. Consilium autem requiritur & datur in rebus dubijs, & quid cōmodissime agamus ostendit. Fortitudo uires ac constantiam sufficit exequendi perficiendi, adde & patienter perferendi, quæ consilio uel facienda uel patienda esse didicimus. Iam uero Scientia experientia est, longo usu & tempore conquisita. Accedit Scientia. his timor, id est, pietas & uera religio, ad quam nisi referamus omnia nostra dieta & facta, nil proderit sapientia, intelligentia, consilium, fortitudo & scientia. Breuiter, quisquis spiritu dei fuerit donatus, spirabit timorem dei quicquid uel dicet uel faciet, deniq^z omnia dicit & faciet ad gloriam dei, & omnia quidē hæc ex unico spiritus sancti fonte gratis & plenè hauriuntur.

Paulus apostolus in epistola ad Romanos mirificam sancti spiritus vim in nobis operantem renatis describens, dicit: Qui in carne sunt, deo placere non possunt. Vos autem non etsi in carne, sed in Spiritu spiritu, siquidem spiritus dei habitat in uobis. Quod si quis spiritū mortificat Christi non habet, hic nō est eius. Porro si Christus in uobis est, corpus & uiuis qui quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem uita est cat. propter iustificationem. Quod si spiritus eius qui exciavit Iesum à mortuis, habitat in uobis, is qui excitauit Christum ex mortuis, uiuiscabit & mortalia corpora uestra propter ipsius spiritum inhabitantem in uobis.

Idem apostolus in epistola ad Corinthios docet per revelationem. Cor. 2. sancti spiritus mysteriū regni dei nobis quam manifestissime esse reclusum. Nobis deus revelauit, inquit, per spiritum suum. Spiritus spiritus enim omnia scrutatur, et profunditatem dei. Quis enim hominum plene reue-

DE VIRTUTE S. SPIRITVS.

*Lat. myste** nouit ea quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui est in eo? Sic ria regni & ea quæ sunt dei, nemo nouit, nisi spiritus dei. Nos uero non sp̄itu m̄undi accepimus, sed spiritum qui est ex deo, ut sciamus quæ

à Christo donata sunt nobis. Huc pertinent hæc domini saluatoris

Ioan. 16. ex sacro sancto euangelio uerba: Veritatem dico uobis, expedit uo-
bis ut ego uadam. Nisi enim abiero, consolator ille non ueniet ad
uos: sin autem abiero, misericordiam illum ad uos. Et cum uenerit ille, ar-
guet mundum de peccato, & de iustitia & de iudicio. De peccato
quidem, quia non credunt in me. De iustitia uero, quia ad patrem na-
do, & post hac non uidetis me. De iudicio autem, quia princeps hu-
ius mundi iam iudicatus est. Manifestum est autem omnibus hisce
capitibus comprehendendi totam ueræ religionis summam, quam ple-
nissime tradidit ecclesie sanctus spiritus. Quod & in expositione

*Spiritus et nominum sancti spiritus attigimus. Sequitur in euangelio: Ad hæc
futura p̄ea multa habeo quæ uobis dicam, sed non potestis portare nunc. Cum
autem uenerit ille qui est spiritus ueritatis, ducet uos in omnem ue-*

*ritatem. Non enim loquetur à se metipso, sed quæcumq; audierit lo-
quetur, & quæ futura sunt annunciatib; uobis. Ille me glorificabit:
quia de meo accipiet & annunciatib; uobis. Cum autem constet ue-
nisce spiritum sanctum, claret eundem apostolos in omnia indu-
xisse ueritatem: adeo ut quod cum liorum scriptis non cōgruit, me-
tiro suspectum sit de mendacio. Alioqui non dubito quin hodie lo-
quatur per suos in ecclesia: ceterum absq; controversia est, spiritum
sanctum sibi ipsi minime contradicere. Ac futura per spiritum reue-
lata esse apostolis, in explicatione nominum sancti spiritus attigi-
mus. Nec dubium est quin adhuc multa sanctis in ecclesia reuelet,
que uidelicet pertinent ad conseruationem ueritatis Christianæ &
sanctorum.*

Act. 11. *¶ Cor. 12.* Rursus legimus in epistola Pauli ad Corinthios: Vnicuiq; datur
manifestatio spiritus ad id quod expedit. Huic quidem per spiritum
nra & mu- datur sermo sapientiæ, alijs uero sermo scientiæ secundum eundem
nera spiri- spiritum, alijs fides in eodem spiritu, alijs dona sanationum per eun-
sus sancti, dem spiritum, alijs facultates potentiarum, alijs autem prophetia, alijs
uerò discretiones spiritum, alijs genera linguarum, alijs uero inter-
pretatio linguarum. Sed omnia hæc efficit unus & idem spiritus, dī
stribuens singula cuiq; pro ut uult. Clara sunt hæc omnia, nec ulla
prolixiore indigent expositione. Magna uero & euidentia sunt hæc
dona sancti spiritus, quibus si ea quoq; subiiciamus quæ idem a
postolus de eodem dei spiritu cōtexit, uela colligemus. Fructus spi-
ritus est, ait, charitas, gaudium, pax, tolerantia, comitas, benignitas,

Gal. 5.

fides,

fides, mansuetudo, temperantia. Hæc, inquam, & omnes alias uirtutes inserit animis piorum, planiat, cōseruat, uerūq; & ad iustam frugem producit spiritus sanctus, qui operatur omnia bona in omnibus.

His omnibus epilogi uice subiiciemus modo elegantissimā Ter Elegans dē
tulliani de Spiritu sancto disputationem. Ea talis est, Quoniam do- sputatio
minus in celum esset abiturus, paracletum discipulis necessario da Tertul. de
bat, ne illos quodammodo pupilos, quod minime decebat, relin= spiritu san
queret, & sine aduocato & quodam tuore desereret. Hic est enim ēlo.
qui ipsorum animos mentesq; firmauit, qui euāgelica sacramenta
distinxit, qui in ipsis illuminator rerum diuinarum fuit, quo confir
mati, pro nomine domini nec carceres nec uincula timuerunt, quin
imō ipsas seculi potestates & tormenta calauerunt, armati iam sci
licer per ipsum atq; firmati, habentes in sedona quæ hic idem spiri
tus ecclesiae Christi sponsæ quasi quædam ornamenta distribuit &
dirigit. Hic est enim qui prophetas in ecclesia constituit, magistros
erudit, linguas dirigit, uirtutes & sanitates facit, opera mirabilia ges
tit, discretiones spirituum porrigit, gubernationes contribuit, consi
lia suggerit, quæq; alia sunt chrismatum dona componit & digerit
& ideo ecclesiam domini undiq; & in omnibus perfectam & con
summatam facit. Hic est qui in modum columbæ, posteaquam do
minus bapſitans est, super eum uenit & mansit, habitans in solo
Christo plenus & totus, nec in aliqua mensura aut portione mu
nitus, sed cum tota sua redundantia cumulate admisitus, ut ex illo de
libationem quandam gratiarum cæteri consequi possint totius san
cti spiritus in Christo fonte remanente, ut ex illo donorum atque
operum uenæ ducerentur, spiritu sancto in Christo affluenter ha
bitante. Hoc etenim prophetans Isaías, aiebat: Et requiescit, inquit, *Isaia 11. 10.*
super eum spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & uirtu
tis, spiritus scientiæ & pietatis, & impleuit eum spiritus timoris dei.
Hoc idem atq; ipsum & alio in loco ex persona ipsius domini: Spi
ritus domini super me, propter quod unxit me, euangelisare pau
peribus misit me. Similiter Dauid: Proprieta unxit te deus tuus oleo *Psal. 45.*
laetitiae à consoribus tuis. De hoc apostolus Paulus: Qui enim spi
ritum Christi non haber, hic non est eius. Et, Vbi spiritus domini, *Rom. 8.*
ibi libertas. Hic est qui operatur ex aquis secundam natuitatem ses
men quoddam diuini generis & consecrator cœlestis natuitatis, pi
gicus promissa hæreditatis, & quasi chirographum quoddam æter
na salutis, qui nos dei faciat templum, & nos eius efficiat domum:
qui interpellat diuinas aures gemibus ineloquacibus aduocatio-

DE VIRTUTE S. SPIRITVS.

nis implens officia, & defensionis exhibens munera, inhabitator corporibus nostris datus, & sanctitatis effector, qui id agens in nobis ad æternitatem & ad resurrectionem immortalitatis corpora nostra producat, dum illa in se assuefacit cum colesti uirtute misceri, & cum spiritus sancti diuina gemitate sociari. Erudiuntur enim in illo & per ipsum corpora nostra ad immortalitatem proficere, dum ad decreta ipsius discut se moderanter temperare. Hic est enim qui contra carnem desiderat, quia caro contra eum repugnat. Hic est qui inexplorables cupiditates coheret, immoderatas libidines frangit, illicitos ardores extinguit, flagrantem impetus uincit, ebrietates reicit, auaricias repellit, luxurias commissationes fugit, charitatem neget, affectiones costringit, sectas repellit, regulam ueritatis expedit, haereticos reuinct, improbos foras expuit, euangelia custodit. De

Rom. 8.

1. Cor. 7.

1. Cor. 14.

1. Tim. 4.

hoc item apostolus. Non enim spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est. De hoc exultat & dicit: Puto autem quia & ego spiritum dei habeo. De hoc dicit: Et spiritus prophetarum propheticus subiectus est. De hoc refert, Spiritus autem manifeste dicit quia

in nouissimis temporibus recedent quidam a fide, attendentes spiritibus seductoribus, doctrinis demoniorum, in hypocrisi loquaciam mendacia, cauteriam habentium conscientiam suam. In hoc

spiritu positus nemo unquam dicit anathema Iesum, nemo negavit Christum dei filium, aut repudiauit creatorem deum, nemo contra scripturas ullae uerba sua depromit, nemo alia & sacrilega de-

creta constituit, nemo diuersa iura conscribit. In hunc quisquis blasphemauerit, remissionem non habet non tantum in isto seculo, utrum etiam nec in futuro. Hic in apostolis Christo testimonium reddit, in martyribus constantem fidem religionis ostendit, in virginibus admirabilem continentiam signatae charitatis includit, in carnis incorrupta & incontaminata doctrinæ dominicæ iura custodit, haereticos destruit, peruersos corrigit, infideles arguit, simulatores ostendit, improbos quoque corrigit, ecclesiam incorruptam & inuidiam perpetuam uirginitatis & ueritatis sanctitate custodit. Haec est Tertullianus.

Summa de unitate & trinitate sacrosancto mysterio, de patre, filio, & spiritu sancto, quod ex scripturis didicimus: ac subsistimus hic tandem, unitate hanc in unitate & trinitatem in unitate supplices adorantes. Retineamus autem in animis, & consitemus distinctionem scripturis manifestissime notatam, & unitatem summa nobis commendatam diligentia. Nam in scriptura patti principium agendi rerumque omnium fons & scæp-

& scaturigo tribuitur: filio sapientia, cōsilium, ipsaq̄ in rebus agen-
dis dispensatio: spiritui autem assignatur uirtus & efficacia actionis.
Caveamus tamen ne propter distinctionem dissociemus unitatem
substantiae diuinae. Vnus enim deus est, in quo sunt illæ proprietates.
Vnus est ignis, licer in eo tria cernantur, lumen, splendor & ca-
lor. Simul enim hæc exurgunt, simul consistunt: non præit lumen
splendorem, neq̄ hic calorem. Et quanquam aliud tribuatur lumi-
ni, aliud splendori, aliud calori, inseparabiliter tamen operatur. Ita-
que cum legimus deum creasse mundum, intelligimus patrem ex
quo omnia, per filium, per quem omnia, in spiritu sancto, in quo om-
nia, condidisse mundum. Et cum legimus filium pro salute nostra
incarnatum, passum, mortuum & resuscitatum esse, credimus patrem,
& spiritum sanctum (etsi exortes fuerint incarnationis & passionis)
salutem tamen illam nostram operatos per filium, quem credimus
ab illis nunquam fuisse separatum. Cumq̄ peccata remitti dicuntur
in spiritu sancto, credimus hoc beneficium & omnia alia beatitudi-
nis nostræ beneficia inseparabiliter conferri ab uno, solo, uero,
uiuo & æterno deo, qui est pater, filius, & spiritus sanctus. Cui laus
& gratiarum actio in secula seculorum. Amen.

De bonis & malis spiritibus, hoc est, de Angelis dei sanctis,
& diabolis sive cacodæmonibus eorumque operationibus. S E R-
 MO IX.

SV B I V N G A M Sermoni de Spiritu sancto, dispu-
tationem de Bonis & malis spiritibus, hoc est de ange-
lis dei sanctis, & diabolis sive cacodæmonibus, eo-
rumq̄ operationibus. De quibus cum scriptura sancta
certam utilemq̄ modis omnibus doctrinam nobis traxit, minime
uideretur ea nobis negligenda, sed qua possumus fide & diligentia
proferenda ad lucem. Turpe foret pieratis studio angelorum bo-
norum & malorum ingenia ignorare, quorū tam frequens fit men-
tio in sacris literis: immo pernitosum esset nescire quales sint diabolii,
qui eo nomine nos deprædarentur, nobisq̄ imponerent faci-
lius. Dicemus autem primum de beatis angelis, deinde de caco-
dæmonibus.

Angeli uocabulum dicunt officijs non naturæ, ac commune esse *Angelus*.
Latinis & Græcis à quibus mutuatum est, significare autem nun-
cium misum vel legatum: ideoq̄ latius patere. Dicuntur enim an- *Malach. 3*
geli prædicatores ueritatis, ut apud Malachiam & apostolum *Pau-* *1. Cor. 11.*

R

DE BONIS SPIRITIBVS.

2. Pet. 2. lum. Sunt enim legati domini exercitum. Sanctus Petrus cacodæmones quoq; uocauit angelos: sicut & Paulus, dicens fideles iudicaturos aliquando angelos, & sibi immisum esse angelum satanæ: peculiariter tamen appellat scriptura beatos dei spiritus ministros, cursores & satellites, angelos.

**Angelos
esse.** Et esse quidem angelos negarūt Sadducaeī. Lucas enim in Actis apostolorum, Sadducaeī, inquit, dicunt non esse resurrectionem, neq; angelum, neq; spiritum: Pharisæi utraq; confitentur. Ac reuera angelos esse testatur universa scriptura, quæ pluribus in locis cōmemorat ipsos apparuisse hominibus, eisq; annunciasse voluntatem dei, uel perfecisse aliās opus eiusdem. Certè dominus Iesus contra Sadducaeos disputans in euangelio: Erratis, inquit, nescientes scripturas, neq; uitriutem dei. In resurrectione enim neq; matrimonium contrahunt, neq; elocantur, sed sunt sicut angeli dei in cœlo.

Matth. 22. Credamus ergo angelos esse. Merito enim plus fidei apud nos inuenire debet filij dei authoritas, & scripturarum sanctarum ueritas irrefragabilis, quam omnium Sadducaeorum impiorumq; hominum nuge. Quid quod genitilium poetae & philosophi angelos, de perenni quos ipsi deos appellant, confessi sunt: Fingentes enim deos à iustis hominibus in specie hominum hospitio exceptos esse, nihil aliud doctissimis quibusq; sensisse uidentur, quam quod sacra literæ comemorant Abrahamum & Loth angelos referentes homines perigrinos excepisse hospitio. Ut cuncti uero hoc habeat, certissimum est ex scriptura sancta & ex uaria experientia esse beatos dei spiritus, hoc est, angelos bonos.

**A. Steuch.
phiæ lib. 8.
cap. 6. & 8** Qualis autem sit natura angelorum, exacte non potest ab ullo mortalium explicari. Plurima enim sunt in ordine creaturarum, quarum natura nō potest ad amissim & perfectissime exponi: posunt tamen uicungit ad caput nostrum adumbrari. Sunt ergo qui dicunt angelos esse spiritus bonos, ministros, igniræ naturæ, in ministerium dei & honorum conditos. Alij, Angeli sunt, inquit, cœlestes spiritus, quorum ministerio & obsequio uitit deus ad execuenda omnia quæ decreuit. Proinde non uidebimus ioro aberrare cœlo, si dicamus: Angelos esse spiritus bonos, cœlestes, substantias inquam incorruptibiles, in ministerium dei & hominum cōditos.

**Creatos
esse ange-
los.** Creatos esse angelos à deo, testamur scripturæ propheticæ & apostolicæ. Nam Paulus illud citat Davidis: Qui creat angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Idem apostolus, Per Christum, inquit, creata sunt omnia, quæ in cœlis sunt & in terra, uisibilia & inuisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive

flue potestates. Proinde nugas protulerunt harretici, dicentes angelos creationis effectores & coeternos esse deo uniuersorum. Deus enim in tempore & angelos & omnes alias creatureas condidit per filium.

De tempore autem quando creati sunt, cum luce ne ante hominem, an post hominem uniuersaque dei opera, dicat qui potest tamen creati ante scriptura certum aliquid pronunciare. Veteres scripturarum inter gelati pres Epiphanius & Augustinus, diserte & uere facientur de illo nihil in scripturis esse traditum. Quod autem scripturis non est traditum, non sine periculo quidem inquiritur, at sine periculo ignoratur. Satis est agnoscere angelos esse cōditos, quandocunq; demum constet conditos. Agamus deo potius gratias, quod humano generi tam præstantes crearit ministros. Viam in conspectu sanctorum dei angelorum uitam sanctam & angelicam. Vigilemus ne sub bona specie nobis imponat, qui se transfigurat in angelum lucis.

Iam quales creature sunt angelii porro uidendum erit: Sunt cœlestes spiritus substantia; incorruptibles expeditissimæ. Significanter dicimus angelos esse substantias, hoc est ^{esse substantias} creatureas essentia tias. prædictas. Quidam enim negant eos esse substantias, in propria essentia subsistentes: fingunt enim angelos nihil aliud esse quam qualitatem, motus seu inspirationes bonarum mentium. Sed scriptura Heb. 1. canonica appellat eos ministros. Saluator noster dicit resuscitatos si Matth. 22. miles futuros angelis dei. S. Paulus demonstrat filium dei angelis esse excellentiorem, ut qui adorent ipsum ueluti deum creatorem. Idem apostolus, Nuspiam, inquit, legas filium angelos assumere, sed Heb. 2. semen Abraham assumpsit. Quæ testimonia manifestissime docent angelos esse substantias, non qualitates aut motus in membris hominum. Ut iam non commemorem quod roties sub specie uel imagine hominum hominibus apparuerunt. Teneamus ergo & confitemur angelos esse substantias.

Porro quales sunt substantiae alij forte melius explicarint: quod Quales nemini inuideo. Ego fateor spiritus esse bonos, ad differentiam materialium. De quibus postea dicetur, Bonos autem fateor, non tam bo*tiae angeli.* nitate naturæ, in qua persistenter, quam operatione, semper enim ad bona instigant. Fateor item angelos esse spiritus, id est, substantias spirituales, cœlestes, incorruptibles & expeditissimas. Scriptura enim testatur, & ait: Qui creavit angelos suos spiritus, & ministros Psal. 104. suos flammam ignis. Spiritus, inquam, nominat scriptura angelos, & flammam ignis: non quod angeli natura & substantia sua sunt

DE BONIS SPIRITIBVS.

ignis corporalis: sed quod ignis eos utcunq; referat qui diaphonia pulchritudine incorruptibilitateq; agilitate item celeritate puritateq; sunt ornataissimæ & præstantissimæ creaturæ. Definitiones ecclesiasticæ satis crasse tradunt angelos esse substantias corporeas, sed sui generis. Nam solus deus est incorporeus. Ita ergo in hac uerbâ statuerunt, Creatura omnis corporea est: angeli & omnes colestes uirtutes corporeæ: licet non carneæ subsistant. Ex eo autem credimus corporeas, quod localiter (hodie forte commodius dicuntur angelii non circumscriptiue sed definitiue esse in loco) circumscribuntur, sicut & anima quæ carne clauditur. Nihil incorporeum & inuisibile natura credendum, nisi solum deum, id est, patrem & filium & spiritum sanctū. Qui ideo recte incorporeus creditur, quia ubiq; est, & omnia implet atq; cōstringit: ideo & inuisibilis omnibus

Qualia corpora assumpta ab angelis. creature, quia incorporeus est. Hęc ibi. Ceterū corpora illa uel iuuenū uel senum, in quibus apparuerunt non raro angelii patribus, non fuerunt his propria uel naturalia, sed assumptiona & aliunde ueluti mutuo accepta, ad tempus, & ad captum imbecillitatis nostræ. Qualia autem illa ipsa assumptiona corpora fuerint, aur unde assumpta, aut quo post dispensationem deposita sint, difficillimum est explicatu. S. Augustinus in Enchiridio suo ad Laurent. cap. 59. Quis explicer, inquit, cum qualibus corporibus apparuerint hominibus, ut non solum cernerentur uerum etiam tangerentur, & rursus nō solidâ corpulentia sed spirituali potentia quasdam uisiones non oculis corporeis, sed spiritualibus uel mentibus ingerant, uel dicant aliquid non ad aurem forinsecus, sed intus in animo hominis, etiā ibidem ip̄i constituti: sicut scriptum est in prophetarum libro: Et dixit mihi angelus, qui loquebatur in me. Non enim ait: Qui loquebatur ad me: sed, In me. Vel appareant & in somnis, & colloquantur more somniorum. Habemus quippe in euangelio: Ecce angelus domini apparuit illi in somnis, dicens, &c. His enim modis uelut indicant se angelii conrectabilia corpora nō habere: faciuntq; difficillimam questionem, quomodo patres eis pedes lauerint? quomodo Iacob cum angelo tam solida conrectatione luctatus sit? Cum ista quaeruntur, & ea sicut potest quisq; coniectat, non inutiliter exercentur ingenia: si adhibeatur disceptatio moderata, & absit error opinantium se scire quod nesciunt. Quid enim opus est ut hęc atque huiusmodi affirmentur, uel negentur, uel definiantur cum discriminatione, quando sine crimine nesciuntur? Hęc Augustinus. Agnoscamus in his & similibus causis omnipotentia & admirandam dispensationem eius, qui quæ uult facit, cui sanè non difficile est substantias creare.

creare suo instituto idoneas congruasq; cuin ex nihilo condiderit omnes uisibiles & inuisibiles creaturas.

Porro ex gratia uirtuteq; diuina asserimus esse substantias ^{Angeli in-}
tias incorruptibiles, adeoq; & immutabiles in sua felicitate, sine o^r corruptibili-
nere & impedimentis. Nam & beatus Augustinus dixit de fide ad les.
Per diac. cap. 23. angelis nō à natura insitam esse immutabilitatem,
sed de gratia dei collatam. Idem de uera Religione cap. 13. Fatendū
est, inquit, angelos natura esse mutabiles (si solus deus est immutabilis)
sed ea uoluntate qua magis deum quam se diligunt, firmi & sta-
biles manent in eo, & fruuntur maiestate eius, ei uni libentissime
subditi. Congruunt cum his quæ in hæc uerba leguntur in Defi-
nition. ecclesiasticis cap. 61. Virtutes angelicæ, quæ in diuino amore
fixæ persisterunt, lapsis superbientibus angelis, hoc munere retribu-
tionis acceperunt, ut nulla iam rubigine surripientis culpas mordean-
tur, ut & in coniunctione cōditoris sine felicitatis fine permaneant,
& in hoc sic conditæ æterna stabilitate subsistant. Hæc illæ. Certe scri-
ptura incorruptibilitatem angelorū ostendens, asserit nos in resur- ^{Matth. 22.}
rectione futuros angelis similes. Resurgemus autem incorruptibi- ^{1. Cor. 15.}
les; sunt itaq; angeli incorruptibles. Sic enim dicit Saluator: Filij hu-
ius sæculi ducunt uxores, & nuptum dant: illi uero qui digni habe-
buntur sèculo illo & resurrectione ex mortuis, neq; ducunt uxores,
neq; nuptum dant: neq; enim ultra mori possunt. Aequales enim
angelis sunt, & filii dei sunt, cum sint filii resurrectionis. Ex quibus
intulit in diuinis decretis beatus Theodoretus: Angelos ergo nec,
ut Græcorum poetæ & philosophi, in deos referimus, nec in mascu-
linum & foemininum sexum incorpoream naturam distinguimus.
Immortali enim naturæ superuacanea est generis diuisio: neq; enim
incremento opus habet cum non diminuantur, &c. At expeditissi- ^{Expediissi-}
mos sine impedimento & onere esse angelos multis in locis signifi- ^{simi sunt}
cat scriptura. In Actis apostolorū ita legimus, Sacerdotes posuerū ^{angeli.}
apostolos in custodia publica. Sed angelus dñi per noctem aperuit ^{Act. 5.}
ianuas carceris, eductisq; illis dixit: Ite & stantes loquamini in tem-
plo populo omnia uerba uitæ huius. Cum autē uenissent ministri,
nec reperissent illos in carcere, reuersi nunciauerunt, dicentes: Car-
cerem quidem inuenimus clausum cum omni diligentia, & custo-
des foris stantes ante ianuas. In eodem libro sic scriptum iterum le-
gimus: Herodes Petrum posuerat in carcerem, ac dormiebat Petrus ^{Act. 12.}
inter duos milites, uincitus catenis duabus, & custodes ante ostium
custodiebant carcerem. Et ecce angelus domini astigit, & lumen re-
fusit in habitaculo, percussioq; latere Peri, excitauit eum, dicens, Sur-

DE BONIS SPIRITIBVS.

ge uelociter. Et exciderunt catenæ de manibus eius. Et mox, Cum autem præterissent primam ac secundam custodiam, uenerunt ad portam ferream, quæ dicit ad ciuitatem, quæ ultrò aperta est eis. En nulla quantumuis magna & fortia impedimenta angelum domini impediunt, quo minus exequatur expeditissime commissum sibi à domino. Cedunt omnia & legato domini aditum præbent. Decidit sua sponte ferrum ex manibus Petri. Hic tutus ambulat, præuenire angelo, per confertas militum turmas. Sera porte nullo homine aperiente referatur, & seruis dei egressis rursus clauditur. Angeli, hoc est legati isti coelestes, natura sua spiritus expeditissimi celerrimiq; diuina uolente & operante uirtute iam quidē uersantur in cœlis, simul autem atq; uniuersorū domino uisum est uestigio adsunt hominibus in terris, ad quos cœlitus à deo mittuntur. Ac in terris modo apud hos, modo apud illos consistunt. Non quod loco suo modo non contineantur. Etenim cum angelus mulieribus annunciat Christi resurrectionem, ac uersaretur apud se pulchrum, non erat simul eodem momento in cœlis. Solus enim deus loco non concluditur. Nam est præsens ubiq; sed more corporum corruptibilium angelii lente nec procedunt neq; cum labore aut molestia mouentur. Interim diserte in scripturis in cœlos ascendere, & inde ad nos descendere cōmemorantur. Rectè omnino credimus, animas nostras simul atq; excedunt è corporibus protinus ingredi regiam cœlorū. Dominus enim in euangelio dixit: A morte transiuit in uitam. Et, Hodie mecum eris in paradyso. Atqui de mendico Lazaro legis: Accidit autem ut moreretur mendicus, & de portarietur ab angelis in sinum Abrahæ. Huc iam & illud Danielis pertinere uideatur, dicentis: Adhuc autem me loquente & supplicante & confiteente peccatum meum & peccatum mei populi Israel, & fundente meas preces ante dominum deum meum, pro monte sancto dei mei: me, inquam, adhuc deprecante, uir ille Gabriel quem uideram in uisione à principio, cito uolans ad me peruenit. En animæ nostræ ab angelis subuehütur in cœlos, quæ tamē alibi dicuntur & uestigio rapi in cœlum. Deinde simul atq; orat dominum Daniel, nulla mora diuturniore interposita, celerrime aduolans (ita enim pro captu nostro scripitura loquitur) angelus oranti adest, exauditurumq; à deo esse annunciat. Sunt itaq; angelii celeres & expeditissimi, nullo onere depresso, neq; ullo impedimento exclusi aut impediti ab his, ad quæ mitiuntur cœlitus, tametsi ut creature loco contineantur (licet non circumscribantur) & moueantur ratione certa & modo ei naturæ spirituali congruo. Exigit hæc fortassis tractatio, ut

Ioan. 5.

Lucæ 23.

C 16.

tio, ut non nihil dicatur & de robore potentia seu fortitudine angelorum. Sed quos sum attinet in re manifesta multa fundere uerba angelorum. Cum enim dominus angelos mittens sit omnipotens, nihil est quod angelii in suis illis legationibus & ministerijs non possint, nihil est in uniuersa rerum natura, quod se obijciat ministris dei omnipotens. Nec enim frustra appellantur angelii Potentiae & Virtutes. Vnū ex multis, nec hoc quidem maximum referam. Vnus angelus una nocte, nullo apparatu aut negotio, in castris Assyriorum ad mēnia Hierusalem cæcidit centena & octoginta quinq̄ milia militū strenuissimorum. In Daniele talem habemus Angeli descriptionem, ex qua & robur & præstantia angelorum colligi potest. Corpus eius sicut tharsis vel chrysolithus, & facies eius sicut fulgur, & oculi eius uelut lampades ignis, & brachia eius & pedes eius ceu species æris carentis, & uox uerborum eius ut vox multitudinis, Ira non est Angelorum quod pluribus disputemus de cognitione & sapientia angelorum. Nam hæc non est immensa, cum sint creature. Quantum uero attinet legationes & ministeria ipsorum, sapientissimi certe instructissimi & nulla parte diminuti sunt. Qui enim ipsos mittit, ipsa est eterna sapientia, legatosq; suos instruit perfectissime.

Cæterum de multitudine ordineq; angelorum disperatum est à De multis theologis quibusdam acriter & subtiliter satis. Scriptura simpliciter tudine & tradit innumerabiles esse angelos. Daniel enim: Mille milia ministrorum ordinis angelorum strabant ei, & decies mille myriades strabant ante illum. Christus gelorum, quoq; ad Petrum dixisse legitur, An non putas quod possum nunc rogare patrem meum, & mittere mihi plus quam duodecim legiones angelorum? Sed & Paulus, Accessistis, inquit, ad cimicatem dei Heb. 12. uiuens Hierusalem coelestem, & ad innumerabilem angelorum cœcum. Pleriq; innumeram illam multitudinem distinguunt in nouem choros, & hos rursus redigunt in tres hierarchias, quarum superiori angelorum gulas tres ordines habere affirmati, nempe primam Seraphim, Cherubim, Thironos: secundam Dominationes, Virtutes, Potestates; tertiam Principatus, Archangelos, Angelos. Addunt quid inter se distent, & quodnam cuique proprium sit. Cæterum beatus Augustinus in Enchir. cap. 58. Quid inter se distent, inquit, dominationes, principatus, potestatesq; dicant qui possunt: si tamen possunt probare quod dicunt. Ego me ista ignorare confiteor. Et contra Priscillianistas ad Orofium idem ille: Ceteri dicit apostolus, inquit, siue sedes (throni) siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Et esse itaque sedes, dominationes, principatus & potestates in coelestibus apparatus firmissime credo, & differre inter se aliquid indubitate.

DE BONIS SPIRITIBVS.

fide teneo : sed quæ nam ista sint & quid inter se differant nescio.
Nec ea sane ignorantia periclitari me puto, sicuti inobedientia si domini præcepta neglexero. Et mox idem ibidem indicat in hæc operosus & curiosus minime esse inquirendum. Cuius quidem consilio libenter obsequimur, cernentes scripturas omnia nobis necessaria & salutaria suppeditantes de illis nihil tradere.

Expositio

uocabulo-
rum ange-
lis attribu-
torum.

Angeli.

Archangeli.

i. Thess. 4

Throni uel

sedes.

Psal. 18.

Dominat.

Princip.

Potestat.

Virtues.

Exercitus.

Cherubim.

Seraphim.

Deus ui-
tur opera
angelorū.

Hoc tamen negare non possumus uocabula illa (sive ordines appellare malis angelorum) sacris exprimi literis: unde pro nostra tenacitate utcunq; explicare conuenit. Beati illi spiritus coelestes angelii in genere & simpliciter nuncupari uidentur, quod sint dei summi cursores & legati. Quos dici Archangelos apparet, quādo in rebus dei maximis ablegantur, nunciatur aut facturi res omnino arduas & diuinas. Ira enim legimus in Paulo, dominum cum hortatu & uoce archangeli ac tuba dei descensurum de celo. Nam ut magnis liceat componere parua, uidemus reges ac principes negotijs graui bus non nisi principes uiros destinare legatos. Thronos dici appetret, uel quod throno dei semper assistunt, uel quod deus in angelis suam ueluti sedem collo casse legitur in prophetis, & ab his ceu in lectica regia uehi, Dauide canente, Inclinavit celos & descendit, & caligo sub pedibus eius. Et ascendit super cherubim. Vel, Vehebatur super cherubim, & uolabat: uolabat super pennas uentorum. Nota est præterea descriptio currus & solij dei apud Ezechielem. Dominationes, Principatus & Potestates nuncupari uidentur, quod deus imperium suum per angelorum ministerium in mundo administrat, suamq; potentiam exercet. Sic enim & Virtutes & Exercitus sive Coelestis militia dicuntur. Dominum enim ceu stipatores cingunt, & his ille uitit ceu militibus suis, dictus Deus Zabaoth, uel exercituum: dominus, inquam, omnium angelorum spirituum & creaturarum, quarū ministerio quando ubi quomodo & quantum uult, uitit. Cherubim dictos arbitratur à multitudine scientiæ beatus Hierony. Alij celeres exponunt. Seraphim ab ardore nomine habent. Vel quod igni purissimo & clarissimo comparantur: uel quod amore flagrant.

Istis interim uocabulis adumbrantur multiplicia angelorū officia operationesue uariz, quas nos paucis comprehendere uolentes, diximus creatos esse angelos à deo in ipsius dei & hominū ministerium. Nam Dauid cecinit, Qui creat angelos suos spiritus, & ministros suos flamمام ignis. Et iterum alibi, Benedicite domino omnes angelii eius, potentes uirtute, facientes uerbum illius, ad audiendam uocem sermonum eius. Benedicite domino omnes uirtutes

tutes eius, ministri eius qui facitis uoluntatem eius. Dixit & S. Paulus de angelis: Nonne omnes sunt administratori spiritus, qui in ministerium emittuntur propter eos qui haeredes erunt salutis? Ceterum uiruit deus angelorum ministerio nulla necessitate, sed bona sua uoluntate. Nam illis carere posset: cum nutu suo perficiat quod uult. Dixit enim & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt, nullo sibi angelorum cooperante: ita hodie quoque quod uult etiam absque angelis perficere posset. Quoniam uero ex optima sua uoluntate illos condidit ad participatum uitae & salutis aeternae, ipsorum erga nos sicut & aliarum creaturarum opera uiruit: quibus ipsi suam declarant fidem erga deum obedientiamque, ac deus ineffabilem suam exercet benevolentiam cum erga ipsos quos aeterni gaudiij participes fecit ex gratia, tum erga nos, quos dignatus est honorare tam praeclaro famulitio. Inter alia enim innumera & maxima dei beneficia, ad quae non immerito obstupecimus, non postremo loco numerandum uenit quod angelos nobis famulos dedit. Evidenter maximum hoc est paternae erga nos solitudinis & curae argumentum, in primis quod tam pulchre se nobis nostro attemperat captui & ingenio. Loquebatur quondam ipse dominus ore proprio in monasterio Sina cum ecclesia Israelitarum, sed cum intellexisset malle illam ipsum loqui per interpretem Mosen, accepit conditionem, & postea loquebatur per Mosen, huius erga illam ministerio usurpas. Posset sancte deus perfectissimam fidem animis nostris infundere per spiritum sanctum, absque ulla cooperatione hominum: uerum quia sic nobis uile fore nouit, ministerium uerbi instituit, & per predicationem euangelij apostolicam plantat fidem. Ac illam ordinationem semel institutam tam arte custodit, ut cum per angelos idem facere potuisset, per ipsos tamen angelos releget fide instruendos ad apostolos. Manifestum est enim quid angelus domini in Actis apostolorum egerit cum Cornelio quem ad Petri predicationem relegat. Ergo cum deus angelorum ministerium nobis congruum esset uidit, bona iam uoluntate, nulla necessitate eorum erga homines opera uiruit. Et angeli quidem homines impense amant, & sponte non coacte nec in uite faciunt quod faciunt. Etenim eos non possunt non amare impensisime, quos uident creatori suo iam esse charos, ut ipsorum causa unigenito suo non pepercere, sed pro omnibus tradiderit in mortem acerbissimam. Ut hic non commemorem paternissimam obedientiam, quam deo suo praestant, qui uult & iubet eos inseruire sibi & hominibus. Dominus in euangelio testatur angelos in ecclesiis gaudere de conuersione peccatorum hominum. Apud

DE BONIS SPIRITIBVS.

Zach. 1. Zachariam inducit angelus domini ualde sollicitus de miseria cœli priuorum in Babylone & liberatione ex captiuitate. Quæ omnia commendant nobis angelorum studia & amorē erga genus mortaliū. Alioqui enim non commouentur beati illi spiritus affectiōnibus, solitudine, tristitia, perinde ut nos in carne afficiuntur. Gaudient autem & exultant ut possunt gaudere beati spiritus, in quibus nihil est humanæ affectionis: quæ tamen non ipsis modo sed ipsis deo attribuitur, per tropum & sicut dicunt àb patrōnōb: quo animi nostri res spirituales & diuinās uelut per parabolas rectius & facilius intelligant, cogitemus tamen perpetuo parabolas non omnia assequi, ideoq; mentes ad altiora esse exaltandas, spiritualiaq; iudicanda spiritualiter.

Quæ sint angelorum ministerium latissime, id quod recensitūs aliquot speciebus quam possum breuibus & perspicuis explicabo. **ministeria.** Principio seruiunt ipsis deo, quod iam satis declaratum arbitror præcedentibus, in omnibus. Eundem concelebrant laudibus sempiternis, adorantes, glorificantes & exultantes in ipso. Theodorus enim super hac re scripturarum aliquot recitans testimonia, Angelorum ministerium, inquit, est dei laudatio, & hymnorū decantatio. De Seraphim enim dici beatus Isaías, quod clamabant & dicebāt: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus Sabaoth: pleni sunt cœli & terra gloria eius. De Cherubim autem dixit diuinus Ezechiel quod audire dicerentes: Beata est gloria domini ex loco eius.

Ezech. 1. Canit item tota militia celestis Christo nato principi Carmen natalitium apud sanctum Lucam, dicendo: Gloria in excelsis deo, & in terra pax, hominibus bona uoluntas. Simul autem mortalibus exemplo præuent, docentes quid & ipsis faciant, laudes & hymnos deo excelsō offerant, quem & angeli nobiscū colunt & uenerantur.

Deinde amāt ueritatem angelī, eamq; propagatam, & gloriā dei modis omnibus promotam cupiunt, ideoq; & pseudoprophetas cum execrabilī doctrina ac antichristo oditēs, impediunt. Nam S. Petrus commemorat euangelium filij dei admodum iucundum gratumq; spectaculum esse angelis. In Reuelatione Iesu Christi facta apostolo Ioanni, alligat satanam angelus domini: & angelī ubiq; sese antichristianis & pseudodoctoribus opponunt, promoventes ueritatem Christianam. Nam & in fine saeculi mittet filius hominis angelos suos, & colligent ē regno illius omnia offenditcula & eos qui pairant iniuriam, ac mittēt illos in caminū ignis.

Illi ipsis astant in conspectu dei omnipotentis, expectantes mandatum eius, qui simul atq; iusserit prodire & mādata ipsius exequi, euestigio.

erexitio expediuerunt. Veniunt ergo ad homines nunciatum uolumen luniatam ac iussa dei. Sic uenit Gabriel angelus primum quidem *Lucas 1.* ad Zachariam patrem Baptiste, deinde ad diuam uirginem, annunciatum incarnationem filij dei. Innumera huius generis exempla ubiq; in scripturis sanctis occurunt.

Excubant pro salute nostra, solicii pro nobis, sine conturbatione tamen, quod & prius admonuimus, admonent fideles mature satis, futura prædientes pericula, & consolantur afflitos. Nam *Matth. 2.* Magi admoniti per angelum Hierosolymam ad Herodem non redentes, ingens discrimen declinant. Ioseph quoq; iussus ab angelio, fugit in Aegyptium, liberans Christum domini ex cruentis manibus Herodis. Sed & Christus ad montem olivarium sanguineum *Lucas 22.* profundens sudorem, confortatur ab angelo. Et Hagar ancilla *Gen. 16.* regiae in summo constituta discrimine, angelica consolatione refocillatur. sicut & Paulus apostolus naufragio proximus audit ab angelo *Act. 27.* domini: Ne timeas Paule, Cæsari te oportet sisti. Et ecce donauit tibi deus omnes qui nauigant tecum.

Rursus mittuntur angelii ad uindictam nocentium, ad sumendum, inquam, supplicium de sceleratis & impenitentibus. Nam pri- *Exodi 12.* mogeniti Aegyptiorum percutiuntur ab angelo. Herodem Agrip- *Act. 12.* pam percutit angelus domini in Actis apostolorum. Castra Assy- *4. Reg. 19.* riorum referuntur cæsa cecidisse ab uno angelo. Et Dauid uidit an- *Reg. ult.* gelum euaginato gladio inter cœlum & terram hærentem, grauissima peste affligere populum. Ita credimus cum filio hominis in iudicium uenturos sanctos dei angelos, atestante Paulo, & dicente: Reuelabitur dominus Iesus de celo cum angelis potestate suæ, cum incendio flammæ, qui infligit ultionem ijs qui non nouerunt deum, & qui non obediunt euangelio domini nostri Iesu Christi. Nam & in Reuelatione Iesu Christi effundunt angelii plena ira dei phias in capita antichristianorum. *Apo. 16.*

Præterea iubente deo defensionem nostri suscipiunt, adsunt custodes nostri, adugilantes ne quid nobis accidat aduersi, ac uias nostras dirigunt. Huc enim pertinent Psalmorum testimonia, & complurima scripturar exempla. Dauid, Afflictus iste, inquit, inuocauit, *Psal. 34.* & dominus exaudiuit eum, & ex omnibus angustijs eius seruauit eum. Castra sigit angelus domini circum eos qui ipsum timent, & eripit eos. Et in alio Psalmo idem, Nō acceder ad te malum, inquit, *Psal. 91.* & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus ijs suis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

DE BONIS SPIRITIBVS.

Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem &
Math. 18 draconem. Et in euangelio clare dicit dominus, pueris additos esse
Gene. 32, dei angelos, haud dubie custodes. Iacob patriarcha ualde metuens
fratrem Esau, angelos sibi obuiam uenientes cernit, & intelligit an-
gelos sibi additos esse viç duces & custodes, contra ferociam fratri.

4. Reg. 6. In rebus Helisæ legimus regem Syriæ graui exercitu obledisse uro-
hem Dothan, in qua tum agebat Helisæus, quem ille instituerat ca-
pere: id cum sensisset minister Helisæi, & angereetur deplorare quod ma-
gistro sortem, dixisse hunc: Ne timueris, eorum enim qui nobiscum
sunt, plures sunt, quam qui cum illis sunt: orasse item prophetæ, ac
dixisse: Aperi quæso domine oculos pueri ut uideas: aperi uiscesq; do-
minum oculos ministri, qui uiderit montem plenum currubus ig-
neis, uidelicet Helisæum instructum esse, & munitum custodia an-
gelici exercitus. Abrahæ quoq; dicit seruo suo: Dominus deus cœli

Gene. 24. qui dixit: Semini tuo dabo terram istam, ipse minet angelum suum
ante te, nimirum qui dirigat uiā tuam; ueat te, faciat q; uori: com-

Exodi 34. potem. Nam ipse dominus in Exodo Mosis dixit: Ecce ego mittō an-
gelum meum ante faciem tuam, ut custodias te in via, & introducas
te in locum quem præparavi. In Actis apostolorum sepe legis an-
gelos inseruisse apostolis, ac institutum ipsorum promouisse defen-
disseq; contra aduersarios:

Daniel. 10. Apud Danielem inducuntur angelis regnorū principes aut præ-
fides, ut Michael cum Gabriele, regni Israelitici, alius autem quidam
regni Persici, & alius quidam regni Græcorum, & horum quilibet
sui regni causam agere, ac pro ipso decertare. Non quod in cœlo
ullum sit dissidium, ubi sanè summa pax & æterna est concordia ac
quies, nec quod bella gerantur inter angelos, ceu Deos Homericos:
sed propter imbecillitatem captus humani confertur cœlum per pa-
rabolam allusionemq; aulæ principis alicuius potentissimi, in qua
ex diuersis regionibus legati diuersas agunt causas. Sic enim ani-
mo concipere debemus, deum uniuersorum regnorū unicum do-
minus, omnium audire causas, omnium res agere: angelos autem
pro nutu & uoluntate deo ministrare, quando his uitatur dispen-
satoribus. Sic enim & Vigilem Nabuchodonosor in visione cer-
nit descendere cœlitus: & fata arboris excindendæ prædicere.

Angelis nō est nimium trahendum. Cauendum hic tamen modis omnibus, ne nimium angelis con-
tra ueræ religionis ingenium tribuamus, ne adoremus, inuocemus,
aut colamus eos. Certè cum homines audiunt angelos sibi datos
esse à deo ministros, & per hos nobis deum benefacere, protinus
arbitrantur nihil non honoris ipsis esse deferendum. Cæterum
syncerau-

Syncera pietas docet nos agnoscere deum esse omnium honorū auctorē, angelos esse dei ministros, & cœi instrumenta per quæ is operatur, sicuti uidemus esse solem, lunam, astra, patriarchas, prophetas, apostolos. Quis uero mentis sanḡ solem aut astra quantumvis sint illustria & uilia hominibus, adorauit, inuocauit, aut coluit? Et quis obsecro ueræ fidei particeps, patriarchas, prophetas & apostolos, licet maximis instructos donis, & miraculis admirandos, adorauit aut coluit? Deum adoramus & colimus omnes, agnoscimusq; deum operari per sanctos: qui unā cum sanctis dei angelis nihil minus postulant quam adorari & coli à nobis. Vere enim *Lactatius* libro Institut. 2. cap. 17. Angelī cum sint immortales, inquit, Sancti non haud dici se deos aut patiuntur aut volunt: quorum unum solumq; lunt à nobis officium est seruire nutribus dei, nec omnino quicquam nisi iussu eius facere. Sic enim mundum à Deo regi dicimus, ut à rectore prouinciam, cuius apparitores nemo socios esse in regenda prouincia dixerit quamvis illorum ministerio res geratur. Ideoq; legimus & *Sanctum Augustinum* dixisse, Cum exaudiunt angeli dei, ipse in *Exaudite* eis exaudit, tanquam in uero nec manu facto templo suo. Certè si deus in *scripturam sanctam* proprius inspiciamus & expendamus, deprehendemus non uno loco dei & angelorum nomina indiscriminatim ponit. Angeli enim cauſæ sunt remotores & instrumentales, ut uocat, deus autem cauſa est propriissima & principalissima. Nam in *Actis apostolorum* legimus dixisse Stephanum: Expletis *Act. 7.* annis quadraginta apparuit angelus domini in deserto in monte Sina. Et mox idem subiungit, Et facta est vox domini ad eum, Ego sum deus parvis tui, &c. Eundem appellat dominum, quem paulo ante dixerat angelum: nimis quod crederet angelū omnia iussu diuino dicere & facere: ut sermo & opus sit dei proprium, angeli uero cœi instrumenti. Similiter dominus appellatur libro *Iudicum* cap. 6. qui iam dictus fuerat angelus. *Hagar* ancilla *Saræ* accepit ab *Gen. 16.* angelo domini beneficium ingens in deserto, sed eadem huic non fieri acceptum, sed domino. Eadem angelo non agit gratias, neque angelo consecrare memoraculum, multo minus angelum adorat & inuocat, immo colloquium quoq; ad deum refert. Sic enim testatur *scriptura sancta*. Vocavit autem *Hagar* nomen domini loquentis ad eam: Tu deus qui uides me, &c. *Filij Israelis*, quos præcessit angelus domini in deserto, nunquam duci suo immolarunt, nunquam illum adorarunt uel coluerunt. Ita nec seruus *Abrahæ* angelo commendatus, eidem supplicat, petens ut institutum suum bene fortunetur, sed deum adorat, & ab hoc postulat ut misericordiam suam ex-

DE BONIS SPIRITIBVS.

ercent erga herum suum Abrahamum. In Daniele apparet angelus
Daniel. 3. domini, ambulans inter coniectos Danielis sodales in fornacem
ardentem; sed liberari a flammam non violentia, non laudant angelum,
nec huic liberationis beneficium ferunt acceptum, sed soli deo. Ca-
nunt etenim: Benedictus es domine deus patrum nostrorum, & lau-
Act. 27. dabilis & glorirosus &c, superexaltatus in saecula, &c. Ira & Paulus
disertis uerbis deum fatetur esse, cuius sit ipse, & quem colat, licet in-
terim & angeli mentionem fecisset. Sic enim dicit in Actis: Astitit
mihi hac nocte angelus dei, cuius sum ego, quem & colo, deum ni-
Apo. 22. mirum. Nam alibi Ioanne uolente adorare ante pedes angelii, cla-
mat angelus: Vide ne feceris. Conseruus enim tuus sum & fratum
tuorum prophetarum, & eorum qui seruant uerba libri huius. Hæc
clara sanctæ scripturæ testimonia euidenter nos docent, tametsi deus
opera utatur angelorum erga nos, hos tamen agnoscendos esse à no-
bis pro ministris & cōseruis dei, ideoque nec adorandos nec inuocan-
dos, sed deum solum adorari, inuocari, & coli oportere.

Ab hac sancta scriptura doctrina nihil discesserunt quidam ec-
clesiæ veteris ministri & scriptores ecclesiastici. Lactanius enim in
eo libro quem paulò ante citauimus: Angeli nullum honorem sibi
tribui uolunt, ait, quorum honor in deo est. Illi autem qui descie-
runt à dei ministerio, quia sunt ueritatis inimici & prævaricatores,
dei nomen sibi & cultum deorum uendicare conantur. Iam uero
non aliter de hoc negotio iudicans beatus Augustinus, sic scriptum
reliquit, Quem inuenirem qui me tibi (alloquitur autem deum) re-
conciliaret. An eundum mihi fuit ad angelos? qua prece, quibus sac-
ramentis? Multi conantes ad te redire, neque per seipso ualentes, sic
ut audio, tentauerunt hæc, & inciderunt in desiderium curiosarum
uisionum, & digni habiti sunt illusionibus. Hæc extant Confess.
lib. 11, cap. 42. Post quæ multis ostendit Iesum Christum esse me-
diatorem & intercessorem unicum omnium fidelium. Idem libro
de Ciuitat.dei 10, cap. 16. declarat multis optimos dei angelos deo
non sibi ipsi expetere sacrificia. De uera religione libro ultimo cap.
Optimos angelos, inquit, & excellentiissima dei ministeria uelle cre-
damus, ut unum cum ipsis colamus deum, cuius contemplatione
beati sunt. Neque enim & nos uidendo angelos beati sumus, sed ui-
dendo ueritatem, qua etiam ipsis diligimus angelos, & his congra-
Cultus an- tulamur. Quare honoramus eos charitate non seruitute. Nec eis
gelorum gra- templa construimus. Nolunt enim sic se honorari à nobis. Quia
uiter dan- nosipso cum boni sumus, templa summi dei esse nouerunt. Recte
vatus. ergo scribitur hominem ab angelo prohibitum ne se adoraret, sed
unum

unum deum, sub quo ei esset & ille cōseruus. Ergo idem ille in Catalogo hæretorum inter hæreticos numerat angelorum cultores, nuncupans Angelicos. Nam in disputatione sua contra Maximium Arianorum episcopum lib. 1, probans spiritum sanctum esse deum, cultores angelorum manifeste appellat sacrilegos, & anathemate à Christo eiusq[ue] ecclesia percusso. Verba authoris si quis requirat, hæc sunt: Nōnne si templum sancto angelo excellentissimo Vide quid de lignis & lapidibus faceremus, anathematisaremur à ueritate sentias de Christi, & ab ecclesia dei? Quoniam creaturæ exhiberemus eam ser templo ex uituum quæ uni tanquam debetur deo. Si ergo sacrilegi essemus fas trucidio S. ciendo templum cuicunque creaturæ: quomodo non est deus uerus, Michaelis cui non templum facimus, sed nos ipsi templum sumus? Hæc ille, in monte

Ista de sanctis uel bonis dei angelis dixi hactenus per compendium, Gargano, transeo iam ad dissertationem de spiritibus malis, de angelis, De cacodæni inquam, nequam & refugis, id est, de cacodemonibus uel diabolis, monibus. dicturus de his brevibus & perspicue quod scripturæ nobis sanctæ suppeditant. Esse diabulos negarunt quondam Sadducæi, & ne Esse diaboli gant etiam hodie parum religiosi imò Epicurei quidam. Qui nisi los. resipiscant, sentient aliquando maximo suo malo & dæmones esse & omnium impiorum & Epicureorum esse tortores atq[ue] carnifices. Nam tota scriptura & omnes uiri pij & sapientes quotquot uiixerunt ab exordio mundi, in hanc usq[ue] diem confessi sunt esse caco dæmones sive diabulos.

Quid uero sint diaboli, non minus difficile est exactissima ratio. Quid sit ne definire, quam dixi angelorum naturam plene describi posse: ad diabolus, umbrabo tamen illos descriptione qualicunque, quo & ordine certo de eis possim differere. Angeli mali, sunt spiritus depravati, & ob defectionem æternum condemnati, subiecti quidem deo, sed nihilominus deo & hominibus aduersi, utpote qui omnia sua studia ad despectum dei hominumq[ue] deceptionem ac perniciem cōuertunt.

Principio diabolum esse creaturam inde claret, quod unus dun. Diabolum taxat est creator, deus uidelicet ille trinus & unus. Hic omnes condidit spiritus: at sub censum spirituū uenit & diabolus. Tempus creationis prius diximus in scriptura non definiti, quando ostendimus nullibi exprimi quo tempore ante hominem uel post hominem angelii sint creati. Iстis iam subiectimus angelos malos, non ex creatione factos esse malos, sed ex defectione propria. Omnia enim quæ Diabolum condidit deus, erant & sunt ualde bona: omnes ergo angeloi, sicuti nō esse crea & homines, natura boni sunt creati. Cæterum ipsi in bonitate hac atum magis diuinitus insita concessaque non persistunt, sed propria depravatum.

DE MALIS SPIRITIBVS.

ut malitia, sicut & homines, prolapsi & cælo seu felicitate donata

De lapsu angelorum è calo. derubati sunt à iustissimo deo. Quādo aut̄ hoc factū sit, rursus nō ex

primit scriptura: apparerit amē id factum esse ante hominis lapsū.

Etenim dæmon parentes nostros per serpentem solicitauit ad pec-
candum, per traxitę in misericordiam & mortem. Eadem scriptura nec pec-
catum diaboli quale fuerit peculiariter definit, nec modū deiectionis

è cælo diserte & singulariter referit; in genere dicit repertam esse

in angelis prauitatem, ideoq; præcipitos in tartara. Nam in libro

Lob. 4.

2. Pet. 2.

Iob legimus: Ecce qui seruunt ei non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem. Ab his nihil abludens sanctus Petrus, dixit

deum angelis qui peccauerunt non pepercisse, sed catenis caliginis

septos aut uinculos, præcipitos in tartaram, seruandos in iudicium.

Sed & Iudas frater Iacobi, apostolus domini, Thaddeus cognomi-

natus, eandem serē repetens sententiam, dixit: Dominus angelos qui non seruauerant suam originem (suam nimirum naturam in

qua erant cōditū) sed reliquerant suum domicilium (suam nimirum

stationem & suum officium suamq; fidem) ad iudicium magni il-

lius diei uinculis æternis sub caligine seruauit. Quid quod domi-

nus & seruator noster Christus de diabolo loquens: Ille homicida

erat ab initio, inquit, & in ueritate non sterit. Hinc enim colligere

possimus diabolum aliquando stetisse uel fuisse in uero, sed descen-

uisse per defectionem perfidam. Ea testimonia, testificantia uidelicet

peccasse angelum refugam, & præcipitem esse datum in tartara,

satisfaciunt pijs & minime curiosis mentibus. Citanur præterea ab

Isaia 14. alijs ex Isaia & Ezechiele testimonia eadem approbanria: que ut nō

Ezech. 28. reiçimus, ita his nostris per allegoriam applicari non dubitamus.

Luca 10. Quod ex Luca productur: Videbam satanam sicut fulgor de cælo

cadentem, minus propri de primo angelorum lapsu exponitur.

Est enim alijs diaboli lapsus, is nimirum quo excidit ex sua tyran-

nide (qua animos hominum occuparat implicataq; erroribus &

uitijs) per aduentum Christi in mundum & per prædicationem e-

uangelij synceram. Dubium autem nō est, angelos omnes bonos

esse conditos, desculpisse autem malos sua non dei culpa. De quo di-

xī non nihil & Decad. 3. Ser. 10, ubi de origine peccati disputauit.

Quibus iam adiicio elegantissimam euidentissimamq; & ex adyis

scripturarum peitam Theodorei Cyri episcopi demōstrationem,

qui in Epit. diuin. decret. Consideremus, inquit, an diaboli iuste pæ-

tiantur, cum talem naturā ab eo qui illos fecit acceperint. Quomo-

do autem bonus uocari posset creator uitij? Quomodo autem ius-

titus, qui punit naturam, que nihil potest boni facere, sed uitij ui-

culis

culis constricta est & alligata? Atqui iustum esse scimus deum universorum & fontem iustitiae. Non ergo iniuste punier dæmones. Et illorum ducem & bonorum opificem esse scimus deum, qui ab omnibus recte sentientibus bonus uocatur. Non ergo fabricatus est naturam quæ nihil quidem posset boni facere, solum autem uitium, præter suam sententiam, inuita pariat. Si autem nec malâ naturam deus est fabricatus; bonorum enim est, sicut & bonus est, esse etor: negi iniuste punire in animum inducit: iustus enim est & iustitia legislator, punier autem diabolū & qui ei subsunt: suapte ergo sententia & sponte malus est dæmon, & qui sunt ab eius paribus. Sicut enim hominem bonum ab initio deus fabricatus est: libero autem mentis arbitrio, hi quidem (angeli boni) seruarunt incorruptam & integrum quam acceperunt naturam, illi uero (homines) in peius declinarunt, & diuinos characteres corruerunt, & qui erant deo similes, ferinos reddiderunt: ita & diabolus & dæmonum ceterua, qui erat cum alijs incorporeis, illorum quidem in dominum deum benuolentiam non sunt imitati: insolentia autem & arrogantiæ morbo suscepto ad id quod est deterius, conuersi sunt, & à priori sorte exciderunt. Hæc ille. Cum Theodorero cōsentit & beatus Augustinus, qui libro de Vera relig. cap. 13, Diabolus in quantum angelus est, inquit, non est malus, sed in quantum peruersus propria uoluntate, Magis enim seipsum quam deum diligendo, subditus ei esse noluit, & intumuit per superbiam, & à summa essentia defecit. Et iterum Tractat. in Ioan. 42. Quæris, unde diabolus? Inde utiq; unde & ceteri angeli. Sed ceteri angeli in sua obedientia perseverunt: ille inobediendo & superbiendo lapsus est angelus, & factus est diabolus.

Iam quod asserui spiritus illos depravatos ob defectionem æter Diabolus næ addicatos esse condemnationi, video à nonnullis negari, pollis aeternū ejus centibus damnatis spiritibus sub diem iudicij, redemptionem à pœ condamnis. Sed contra hos disputatione pleriq; doctores ecclesiastici, damnantes uno ore omnes dogma scripturis iam olim condemnatum. Nam iudex in fine saeculi, finalem conura satianam & omnes impios sententiæ pronunciaturus, dicer: Discedite à me maledicti in ignis Matth. 25. nem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Et mox subiungit testis ueritatis apostolus & facher historicus: Et ibunt hi in supplicium eternum: iusti uero in uitam aeternam. Nam apud Marcum Marci 9. quoq; dixit dominus: In gehenna uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et a pud Ioannem longe significantius: Qui Ioan. 5. bona fecerunt prodibunt, ait, in resurrectionem uitq; qui uero mala

DE MALIS SPIRITIBVS.

egerunt, in resurrectionem condemnationis. Non dicit: Ibunt uel in uitam uel in condemnationem: sed in resurrectionem uel uite uel condemnationis, id est, in sempiternam permanentiam uite uel

Daniel. 12. mortis. Daniel enim, ex quo dominus haec uerba mutuo sumpfit, dixit: Multitudo dormientium in puluere terræ resurgent, hi in uite tam æternam, illi uero ad probra & contemptum æternum. Nam *Apoc. 20.* & Ioannes apostolus dixit fumum ex condemnatis & precipitatis in tertiâ ascensurum in sæcula sæculorum. Certum est itaque damnationem impiorum omnino fine caritatem futuramq; semperitnam.

Diaboli sunt spiri- Porro angelos desertores appellantes spiritus, non utiq; intelligi-
tus ac sub- gimus per spiritum affectionem animi prauam, qualitatē seu men-
santiae. tis perturbationem aut corruptionem atq; peccatum. Nō enim de-
sum quibus uisum est diabolum non aliud esse quam hominē sceleratum, uel commotionem animi sceleratam & peccaricem. Intel-
ligimus itaq; per spiritus substantias spirituales, prædictas sensu &

Iob. 1. intelligentia. Comparet enim satanas inter ministros dei, collo-
quens cum domino, apud Job in cap. 1. Euangelium quoq; refert

Matth. 5. nobis dæmonas electos ex homine, inuafisse gregem porcorum,
ac demersisse in profundum paludis uel lacus Gadareni. Refert pre-
terea euangelium diabolum peccasse ab initio, non periuafisse in ue-

Ioan. 8. ritate, mendacem esse ac homicidam. Iudas commemorat angelum
pugnare cum diabolo. Apud Marcum clamant & dicunt: Quid rei

Matth. 25. nobis tecum Iesu Nazarene? Venisti ad perdendum nos? Quinimodo
dicit ad diabulos Saluator iam iudex constitutus: Ite in ignem æter-

Qualia diaboloru- num. Quæ omnia congruent substantijs per se subsistentibus, non
assumpta corpora. qualitatibus. Sunt ergo diaboli substantiaz spirituales. Qualia uero
sint corpora quæ s̄e assument, & in quibus apparent hominibus, nemo opinor exacte dixerit: quod & paulo superius admonuimus

2. Sam. 28. cum disputauimus de assumptis à bonis angelis corporibus. Etenim corpora & alienam quidem speciem à propria diabolos indu-

2. Cor. 11. re, euincit historia excitati per ueneficam Samuelis. Non excitabatur ex mortuis Samuel, sed Samuelem mentiens mendaciorum ar-

Diabolus expeditus uaser & potens. chitectus, regi Saul imponebar. Et Paulus testatur satanam sese transfigurare in angelum lucis. Sed & historiæ testantur mirificum esse præstigiarem diabolum in assumendis uarijs formis atque

speciebus.

Sicut autem dixi de bonis angelis expeditissimos esse in ministe-

rio suo, sine onere & impedimentis, ita dubium non est in suo ges-

nere & opere dæmonas esse instructissimos. Tradit enim scripturæ

artes his esse mille, calliditatem & astutiam mirificā, cognitionem acutissimam latissimamq; ad omnia deniq; subeunda & perficienda promptissimos esse & infatigabiles. Pererrant to tum orbem terrarum celerime, omnia sua instituunt uersutissime, ideoq; sorriuntur appellationes miras, ipsorum uires adumbrantes. Appellatur enim dēmon uel dēmoniū, serpens uetus, impostor, princeps huius saeculi, priaceps tenebrarum, cui potestas est aeris, leo rugiens. De quibus & alijs nō dissimilibus, mox dicam copiosius, ubi hoc prius admonuero, infinitam esse dēmonum turbam. Nam à Magdalena Dēmonum ericiuntur dēmonia septem, Septem alios se nequiores spiritus aſtu infinita turmit diabolus ille, qui apud Matthæum semel electus cogitat atque baſa consultat de restitutione in integrum. Fit præterea in euangelio se. Marci 16. cundum Marcum legionis mentio. Nam spiritus immundus roga Matth. 12. tus à domino, quodnam sibi nomen eset? Respondit: Legio mihi Marci 5. nomen est, quia multi sumus. Ergo cum alicubi mentio sit in sacris literis sathanæ, non ita accipendum est, quasi non sit nisi una uel substantia uel persona diaboli. Nam sub capite membra & ueluti species sub genere comprehenduntur. Meminit quidem alicubi scriptura principis dēmoniorū. Hostes enim Christi clamant: In prin Marci 3. cipe dēmoniorum ejicit dēmonia: sed eadem tamen non exprimit qualis sit principatus ille, & an ordine à se inuicē distincti sint maligni illi spiritus. Constat autem omnes impios esse sub uno capite, sicut omnes pi sunt sub uno Christo domino. Constat dēmonas omnes esse eiusdē voluntatis depravatę, in hoc unice omnia sua intendentes, ut deo aduersentur, & hominibus incommodeant. Sed de operationibus, actis seu effectis dēmonum, dicam ubi nomina seu epitheta eorum obiter explanauero.

Diaboli generaliter appellantur depravati spiritus, quod perin Diabolus. de est ac si tu dicas Calumniatores. Nam ἄρδον Græcis significat calumniam: at uocabulum diabolus petitum est à Græcis. Struit autē calumnias, deferendo homines deo, & homines inter se cōmitten- do, ut iam non commemorem quod deum & opera eius suspecta reddere conatur hominibus. Ideoq; mendax alicubi appellatur, & Mendax. mendacij author, omniumq; hypocitarum pater, proinde & omnipnium errorum, hæresum, & impietatum scaturigo. Quoniam uero Iudas hypocrita erat, mēdax & calumniator atq; proditor, recte no Ioan. 6. men diaboli accepit à domino.

Sathan uel Aduersarium nuncupauit Petrus apostolus diabolum. Nam & Aduersar dominus ipse appellauit inimicum hominem, seminarium zizania rius, in agrum dominicum. Est enim hostis dei & hominum, opponens 1. Pet. 5.

DE MALIS SPIRITIBVS.

Matth. 13. se uoluntati dei, cui & gloriam suam præripere studet, impediensq;

Matt. 4. salutem hominum, ac ferens infinita in ecclæsia dei scandala. Et sa-

thanam quidem Hebrei nominant, quem nos aduersarium dici-

mus. Transfertur uocabulum ad homines. Quia enim Petrus diui-

Matth. 16 no se obiecit consilio, audit à domino : Vade retro saithana. Sed &

2. Sam. 19 David ad nepotem ex sorore Zerua Abisaum : Quid mihi, inquit,

& uobis filij Zerua, cur efficimini mihi hodie in saithanam? Cōtra-

dicebat enim Abisaus consilio & decreto Dauidis.

Dæmon. Dæmon appellatur, nimirum sciens, callidus, & multarū rerum

peritus, & non scio. Etenim Plato in Cratyllo arbitratur ex Hesio-

di sententia dæmones quasi dæmonas dici, hoc est prudentes & scient

tes. Huc referre oportet uocabulū serpenti. Serpens, inquit, scriptu-

ra, callidior erat cunctis terrę animantibus. Serpentem ergo dæmon

delegit sibi domicilium, ex quo artes suas exerceret & primis paren-

Serpens & tibus nostris imponeret. Hic enim est impostor deceptor & sedu-

Draco. citor orbis, uetus serpēs & draco dictus. Quicquid enim in mundo

est seductionis artium malatum & fallaciarum; ex hoc uno omnīū

malorum fonte deriuatur. In prophanicis literis uocabulum hoc long-

è diuersissima usurpatur ratione. Socrates enim apud Platonem:

Ipse affero, inquit, dæmona, id est sapientem omnem esse hominem

quicunq; sit bonus, eumq; dæmonicum esse, id est, sapientem & fe-

licem uiuentem atq; defunctam. Proinde apud Homerū frequen-

tissimum est heroes hoc insigniri uocabulo. In euangelica autem hi-

storia dæmonia ci dicuntur obsessi à dæmonio. Paulus in prima ad

1. Tim. 4. Timotheum ad hoc ueluti caput redigit omne corpus impostura-

rum falsaq; sapientia fucatarum doctrinarum.

Leo rugiēs Sanctus Petrus, Sobrii estote & uigilate, inquit, quoniam aduers-

rius uester diabolus tanquam leo rugiens obambulat, querens quē

deuoret: cui resistite solidi fide. Per leonem adumbrat nobis diabolus

ingenium. Est enim dæmoni robur maximum, improbitas perui-

caciss, irucentiss, ferocia: unde & à quibusdam nominatur trucu-

Homicida lenta bestia. Dominus nuncupauit homicidam. Hic enim & Caino

& omnibus parricidis infandas cædes inspirauit, & hodie quoque

classicum ad omnia bella & ad omnes cædes ac seditiones canit,

Tentator, iram deniq; incendit, odia serit, inuidiamq; nutrit. Tentator cognosc-

minatur. Nunquam enim nō ad malum solicitat, obijcens omnia

quæcunq; purat allicere aut trahere posse ad res pessimas.

Spiritus: In euangelica historia & in scriptis apostolorum diabolus obti-

malus & ner ferè nomen spiritus immundi, mali uel maligni, impuri & ne-

im mundus, quam. Etenim non tantum decidit sua culpa à puritate, in qua pri-

mum

mum à deo purissimo conditus fuit, sed nunc quoq; impuritate delectatur & ad immundiciam pellicit omnes. Ex h;ç authore profiscuntur omnes libidines fecdæ, omnia supra, adulteria, omnis luxus, ebrietas & crapula, omnis obsecenitas & uanitas, superbia & arrogantia, &c.

Iam & Beelzebub uocauit diabolus in euangelio, eo quod ali- *Beelzebub*
quando Accaronitæ in Palestina putantes se uenerari deum, diabolus
lum reuera coluerunt. S. Paulus : Quis consensus, inquit, Christi &c. *2. Cor. 6.*
Belial? Belialem opposuit Christo, deo utiq; diabolum. At Moses Belial
posuit cogitationem Belial pro nepharia & impia. Diabolus ergo
nepharius est & impius, rebellis deo & contumax. Belial enim om
nino aiunt idem pollere, quasi tu dicas, irregularis, sine iugo & sine
disciplina. Nec desunt quibus uisum est diabolū figurari seu signifi
cari apud Iob per Behemoth & Leviathan, *Iob 40. & 41. cap.*

Sanctus Paulus dæmonas uarijs donat nominibus, dicens bel- *Principa
lum pijs esse aduersus principatus & potestates, aduersus principes tuos, potesta
mundi & tenebrarum sæculi huius, aduersus spirituales nequitias te-*
*in cœlestibus, aduersus principem cui potestas aeris, contra spiritum Ephes. 2.
qui operatur in filiis inobedientiæ : quem alibi & deum huius sæc. & 6. cap.
culi appellat. Quemadmodum uero deus potentiam suam exercet
in mundo, & in bonis ferè per angelos bonos, quos ea de cauſa di
xi nuncupari principatus & dominationes. Ita quia idem ille iusto
suo iudicio imperium permittit diabolo in impios, principatus &
potestates recte dicuntur. Nō quod merum & summum imperium
deus illi tradat: Omnis enim potestas est solius dei: sed quod ei per
mittit tyrranicidem. Significanter enim dicit principem esse mundi,
nimirum impiorum. Nam per interpretationem sequitur: Princeps
est tenebrarum sæculi huius. Quis autem ignorat tenebras in scri
pturis significare ignorantiam, cæcitatem, incredulitatem, impietati
tem & sceleram, deniq; his immersos impios homines? Et rursus sub
iungitur quod ueram explicit sententiam, qui operatur in filiis ino
bedientiæ. Eximuntur ergo eius imperio fideles & obedientes, qui
in regno Christi non in regno diaboli sunt. Nec alia ratione satia *Deus huius
nas nuncupatur deus. Nam adiungitur huius sæculi, Reuera enim sæculi.*
deus nō est diabolus, sed quia insani quidam in mundo inueniu
tur qui hunc pro deo habent, dei nomen accepit. Non aliter expo
suit hæc beatus pater Augustinus. Nam Tractatu in *Ioan. 25.* dicit:
Absit ut diabolum mundi principem ita dictum existimemus, ut
eum cœlo & terræ dominari posse credamus: sed mundus (dicitur
enim princeps mundi huius) appellatur in malis hominibus qui*

DE MALIS SPIRITIBVS.

Princeps toto tertiarum orbe diffusi sunt. Et idem iterum de Agone Christia-
mundi eie- no cap. 1. Princeps huius mundi, ait, missus est foras: non quia extra
ctus foras. mundum missus est: sed foras ab animis eorum qui cohærent uer-
bo dei, & non diligunt mundum cuius ille princeps est: quia domi-
natur eis qui diligunt temporalia bona, quæ hoc uisibili mundo cō-
tinentur. Non quia ipse dominus est huius mundi, sed princeps cu-
piditatum earum, quibus cōcupiscitur omne quod transit. Per hanc
cupiditatem regnat in homine diabolus & cor eius tenet. Interro-
gar idem ille doctor Tractat. in Ioan. 52. an ex animis prophetarum &
patriarcharum nō sit electus sathanas, quando referatur in
euangelio per Christum esse foras pulsus, ac responderet: Electus est
planè. Quomodo ergo dictum est: Nunc ejicietur foras? Quomo-
do putamus, nisi quia tūc quod in hominibus paucissimis factum
est, nunc in multis magnisq; populis iam mox futurum esse prædi-
ctum est. Sicut illud quod dictum est: Spiritus autem nondum erat
datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus, potest similem habere
quæstionem, & similem solutionem. Nondum enim erat illa abun-
Principes dantia gratiæ spiritualis data qua dabatur postea. Hæc ille. Porro
aeris. cum apostolus dicit: Pugnam esse nobis aduersus spirituales nequi-
tias in cœlestibus, per cœlestia non intelligit gaudia cœlestia, collo-
cans iterum dæmonas in cœlos, sed aerem, id est, inferiorem mun-
di partem adeoq; ipsum mundum. Nam alibi dicit: Secundum spi-
ritum, cui potestas est aeris. Et uersantur quidē principes huius mun-
di in aere circa, infra, & supra nos, undicq; nos impenentes. Alioqui
nec cœlum siue inferior regio aeris diabolorum subiacet imperio,
ut quod in eo uelint possint, aut illis aburantur pro sua libidine, nisi
quantum deus permiserit iudicio suo iusto. Nam in hac disputatio-
ne semper pro confessa & indubitate ueritate tenendum est, domi-
num deum nostrum regem & gubernatorem esse omnium crea-
tarum, dominiumq; suum in omnes retinere creaturas, exercereq;
ratione æquissima.

Operatio- Quanquam uero ex his omnibus colligi possit, quanta & qua-
nus diabo- lis sit operatio diabolica, pluscula tamen illis adjiciam ne quid hac
li. in re desideretur. Contraxi in descriptione diaboli omnes illius esse
etius, actus uel operationes in duo capita. Sunt enim dæmones deo
& hominibus aduersi, ut qui omnia sua studia ad despectū dei ho-
minumq; deceptionem & perniciem conuertunt. Summa igitur est,
omnia sua dirigunt ad contemptum dei hominisq; perniciem. Ac
potentiam eis esse non exiguum nocendi, perspicacem item intelli-
gentiam producendi omnia in effectum, iam semel & iterum audi-
uimus.

uimus. De uoluntate nocendi non est quod quisquam dubitet. Dixit enim ad suos in euāgelio dominus. Ecce satanas expelliuit nos *Lucæ 22.* ut cibaret sicut triticum. Et iterum, Vigilate & orate ne intretis in *Matth. 26.* tentationem. Sed & S. Petrus: Obambulat, inquit, aduersarius uester *1. Pet. 5.* tanquam leo rugiens, quærens quem deuore. Refragari autem illum deo & perpetuo studio contradicere, omnesq; creature in eius odium & despectum excitare, ubiq; testatur scriptura. Primorū certe parentum nostrorum animis improbe inspirabat opinionem deo longe indignissimam, quasi eis felicitatem maligne inuidet. Dicebat enim per Serpentem: Dixit ne deus nō manducandum esse de arbore illa^e. Et mox, Haudquaquam moriemini, uerum dominus nouit quod eo die quo ederitis ex ipsa, aperientur oculi uestrī, eritisq; sicut dii, scientes bonum & malum. Quibus fallacissimis uerbis cum crederent, perierunt ipsi, & totum mundum secum pertraxerunt in ruinam & interitum. Nec hodie quidem desinit calumniari cum deum ipsum tum eius opera, ut pariter secum nos abripiat in odiū dei, in dissidentiā ac desperationem & ad interitū sempernū. Inuidet enim nobis saluē, ad quam destinati sumus per Christum. Verum præstat paulo distinctius hac de re loqui: Nocet satanas hominum animis, corporibus & facultatibus. Animos enim perpellit aut sollicitat ad peccandum. Præterea perturbat mentes hominum inq; furorem adigit, mox etiam furore tumultuantis misere diuexat atq; conficit. Inde legas medicos aliquot manū seu furorem appellare dæmonium malum. Corpora uero uarie affligit morbis pouissimum. Exemplum habemus sanctissimum Iob. In euangelio secundum Lucam dicitur mulierem illam contractam, à *Lucæ 13.* satana alligatam fuisse annis decem & octo. Rursus in euangelio secundum Marcum legimus de puero habente spiritum mutum, *Marsi 9.* Quando cunq; corripuerit, lacerat eum, ac spumans hic strider dentibus suis & arescit, inq; terram prolapsus prouoluitur. Idem spiritus ille malus opes uel facultates terrenas homini cripit, uastat ac minuit. Id quod iterum claret in historia Iobi & euangelij. Iob enim omni sua substantia exiuit, sic disponenteres per milies & prædones satana. Grex quoq; porcorū immersus paludi & suffocatus, inq; gens dedit Gergesenis damnum. Atqui raptus à dæmonibus per præcepis in paludem deuoluebatur. Cæterum in his perficiēdis scleratus, quædam per se agit sociosq; suos angelos nequā, quædam autem per alias creature. Per se agit exterius & interius hominem tentando commouendoq;. Obiicit enim species fallaces, transformans se in angelum lucis, insinuat se animis hominum. Alloquitur

DE MALIS SPIRITIBVS.

splendidas proponens promissiones & minas grauissimas, omnia
tamen hęc adulterata dolis & mendacij. Adducit enim nō raro ra-
tiones apparentes quidem, adeoq; & scripturæ loca in specie ualde
congrua, sed tamen ad institutum suum malitiose detorta. Hac au-
tem ratione fidem ueram in animis hominum uel impedit luxatq;, uel
eripit & subuerit prouersus, mox occupatioros & in ceruissimam
Ioan. 13. propeilit perniciem. Ita refertur ingressus cor Iudei totum præcipi-
tem dedisse in exitium sempiternum. Soli quidem deo patet cor ho-
minis. Is enim solus est cordis & renum scrutator. Sed diabolus ar-
tibus hominem circumueniendo & immittendo cordibus prauas
persuasiones, corda hominum intrare dicitur. Per alias uero creatu-
ras contra hominem idem ille agit, ueluti per elementa, cum contra
nos excitat ignes, uentos, maria, gradines similesq; calamitates. Ex-
citat præterea homines contra nos, amicos, qui nos diuexent ac pro-
dant, & inimicos qui cædibus bellis & persequitionibus nos atte-
rant atq; conficiant. Testimonium his iterum perlibet historia Iob,
cui annumeres persequitiones cultoribus dei illatas. Iam & pseu-
doprophetas & incantatores idem ille contra nos incitat: quo per-
tinent præstigia & magiæ species omnes, quas efficaces esse testan-
tur magorum Aegyptiacorum & Simonis opera, & locus Mosis
Deut. 13. Pertinent huc in primis miracula falsa, & responsa uel ora-
cula deprauata. Olim quidem his permultum nocuit ecclesia dei,
sicut testantur historiæ, neq; hodie nocere desinit, id quod nos docet
ipsa experientia.

Matth. 12. Quamuis enim certum sit sahanam non ejici virtute sahanæ,
cedit tamen alter alteri ad tempus, in hoc ut facilius hominibus im-
ponant, regnumq; obtineant. Christus certe cum apostolo Paulo
prædixerunt postrema quoq; secula fallacibus signis & uireutibus
mirum in modum fore dementanda. Extant ea de re loci clarissimi
apud Matthæum in cap. 24. & in 2. Thess. 2. cap. Plura de operatio-
nibus diaboli, & fusijs quidem C. V. recitari poterat, sed speramus
hæc in compendium recollecta sufficere, ut quæ occasionem suppe-
ditant cogitandi ampliora.

*Definita
potestas
diaboli.* Ista autem nemo sic intelligat quasi diabolus omnium sit potes-
& quæ uelit mox etiam possit. Nam determinata uel definita con-
tractaq; est eius potentia, ut nō tantum possit, quantum uelit. Alio-
qui dudum subuersa perirent omnia. Proinde non præter rationē
adieci in descriptione diabolū esse deo subiectū. Nam nihil hic nisi
permittente deo potest facere. Permittit autem deus, uel ut suorum
exerceat patientiam, acceleretq; salutem; sicuti claret in historia Iob

& uero

& uerbis Pauli ad Corinthios, dicentis : Ne excellentia reuelationū 2. Cor. 12.
supra modum efferrer, datus mihi fuit stimulus in carne, nuncius sa-
thanæ, ut me colaphis cæderet. Nec dubium est quin grauissimis
persecutionum tormentis multos martyres egregios prouehat, uel
Iodie & olim promouerit ad gloriam & requiem sempiternam.
Vel certe permitit diabolo potestatem sœuendi aut irruendi in ho-
mines, ut eo pacto ipsorum castiget improbitatem, uel incredulita-
tem puniat. Etenim diaboli sunt instrumenta iræ diuinæ, quæ ip-
suis exequuntur vindictam. Paulus enim: Antichristi aduentus, in 2. Theff. 2.
quit, est secundum operationem satanæ, cum omni potentia ac si-
gnis & prodigijs mendacibus, & cum omni deceptione iniustitiae,
in ijs qui percunt: pro eo quod dilectionem ueritatis non recepe-
runt ut salui fierent. Et propterea mittet illis deus efficacem illusio-
nem, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui nō crediderunt
ueritati, sed approbauerunt iniustitiā. Arg⁹ hic ferè est neruus & uir-
tus magie uel incantationis, quæ in fidelibus elumbis est.

Proinde non est quod quis sibi misere metuat à diabolo. Quin Pugnandi
porius dominum exercituū ipsum, ait Iſaias, sanctificate, is sit timor fortius co-
uester & paor uester. Aliunt genies aliquot orientales uenerari ca- tra diabo-
codæmonem, nimicū ne ipsis noceat. Sed hi cum ratione insaniunt lum nō me-
prorsus. Deo enim nolente, quod modo dicere cœperam, aut non tuendum.
annuente, non potestibi satan uel pilum attingere. Non enim po-
tuit gregem pororum prope paludem Gadarenā apud Gadaram
pascentem corripere & perdere nisi permisſu dñi. Sed & S. Augu-
stinus enarrans Psal. 32. his uerbis historiam Iob adducit: Quid ipse
diabolus? Nunquid ausus est uel unicam ouiculam tollere uiro san-
cto Iob, nisi prius diceret: Mitte manum tuam, id est, da potestatem?
Ille uolebat, sed deus non sinebat. Quando hic permisit, ille potuit:
non ergo ille potuit, sed qui permisit. Ideo bene eruditus ipſe Iob,
non ait sicut modo commemorare solemus, Dominus dedit & dia-
bolus abstulit; sed, Dominus dedit, & dominus abstulit. Hæc autem
in temptationibus non mediocriter consolantur pios, qui intelligunt
fibi extra dei permissionē nihil eueniire posse: nec illum quicquam
nisi quod ad emendationem & salutem conferat permittere, ideoq;
se semper in diuina conseruari prouidentia beneuoleniaq;. Nā o-
mnia quæ hactenus de potestate & operationibus dæmonum dicta
sunt, nō huc pertinent ut nos deſciant, sed ut uigilantes reddat.
Vigilare iussit nos dominus, qui dæmonem uicit, & uincendi ratio-
nem tradidit. Ideo enim cum satanæ congregatus est semel, iterum, Matth. 4.
& tertio, ut nos instrueret quomodo pugnaremus contra hostem

DE ANIMA HOMINIS RATIONALI.

humani generis . Vicit hunc nobis, ne diffideremus iam fractum
v. Ioan. 5. nobis superari posse facilius, Vincemus proculdubio per fidē, Fide
enim Christo connectimur, & fide spiritum Christi haurimus, cu-
v. Pet. 5. ius uirtute triumphabimus. Certe Petrus ea de causa iusfit nos fide
resistere, Sanctus Paulus ad hanc pugnam nos adhortans, ac panos
Ephes. 6. plia præstantissima nos muniens, dicit: Assumite uniuersam arma-
turā dei, ut possitis resistere in die malo, & omnibus peractis stare,
State igitur lumbis circuncinctis per ueritatem, & induiti thoracem
iustitiae, & calceati pedibus ut parati sitis ad euangelium pacis, Su-
per omnia assumpto scuto fidei, quo possitis omnia iacula mali il-
lius ignita extinguere: galeamq; salutaris accipite, & gladium spi-
ritus qui est uerbū dei, in omni deprecatione & obsecratione oran-
a. Cor. 10. tes in omni tempore, in spiritu, &c. [Quibus & illud accedit quod, eo-
dem apostolo teste, deus non sinit nos tentari supra id quod ferre
possimus, simulq; tentationibus felicem concedit exitum . Hunc
igitur deum reuereamur, hunc oremus, ut ipsius uirtute uinca-
mus. Amen.]

*De anima hominis rationali, & certissima eius post mortem
corpoream salute.* S E R M O X.

COGNATIONE M cum spiritibus habere ani-
mam hominis rationalē satentur omnes, neq; est, opis-
nor, sapientum ullus qui neget saluberrimam & om-
nibus pijs necessariam esse cognitionem rationalis a-
nimæ hominis, de qua tam multa & diligenter præcipit scriptura
sancta. Proinde ordo rerum, utilitas atq; ipsa necessitas requirit, ut
etiam de anima hominis rationali dicam. Sequar autem scripturæ
eiusq; interpretum simplicitatē, physica illis explicanda relinquens,
quorum officium & professio est, nisi quatenus physicis in nostra
disputatione carere non possumus. Scriptura sancta & eius inter-
pretes de anima hominis nec curiosas quæstiones mouent, nec cur-
iosis hominibus satisfaciunt, cum ea desiderent scire quæ exponi-
non possunt, aut si possint, his tamen nihil dū apte dictum esse per-
petuo videatur. Semper enim hærent, semper discendo dubitant,
nunquam ad cognitionem ueritatis tranquillo animo perueniunt,
nunquam in simplici ueritate reperta consistunt, alia & multò plus
& acutiora quam intellexerunt, indagat. Nos uero scripturis san-
ctis nouimus omnia simpliciter & clare tradi, quæ sunt necessaria
& sa-

Et salutaria, atq; his simpliciter pie uel religiose acquiescedum esse: ergo quæ his tradita non sunt (in negotio salutis nostræ) scimus negl inquirenda esse nobis, neq; salutem interurbare si nesciamus.

Vocabulum Animæ, uarie usurpatum in sancta scriptura. Principe *Animæ uo-*
pio accipitur anima pro uiuente quolibet. Moses enim inducit deū cabulū ua-
loquentem: Producat terra animam uiuentem secundum speciem rie usurpar
suam, iumentum, reptile, & bestiam terræ. Quis enim ignorat ani-
*mæ tres species uel partes (liceat interim sic loqui docendi gratia) Gene. 1.
 aut facultates principales recenseri? Est enim anima vegetativa, quæ
 in plantis agit. Est anima sensitiva, quæ non est sine uergeratua, ani-
 maiq; animantia bruta. Est item anima rationalis potentissimis pluri-
 bus instructa, & utramq; illam cōprehendens, qua donati sunt ho-
 mines. Hinc anima in scripturis ponitur pro statu quo spirant & te *Anima flæ*
Spirant homines, adeoq; pro uita hominis aut animantis. Ita legi- tuis et uita.
*tus: Anima eius in ipso est. Et iterum, Non persequar te ultra (in Act. 20.
 quit ad Dauidem Saul) eo quod anima mea pretiosa hodie fuerit in 1. Sam. 26.
 Oculis tuis. Græci animam appellantur *ψυχὴ* quasi *ārāψvld*, quod
 respirando refrigeraret. Hebræi *Næphæsch* appellantur à refocillan-
 do. Rursus ponitur anima in scripturis pro ipso animato adeoq; *Anima pro*
quouis uel potius toto homine. In lege enim dicitur: Anima quæ homine.
*declinauerit ad magos & ariolos, ipsa morietur. Item in Paulo le- Leuit. 20.
 gimus: Omnis anima potestati supereminenti sit subdita. Et iterum Rom. 13.
 in Genesi dicit rex Sodomæ ad Abram: Da mihi animas, & substan Gen. 14.
 tiæ ipsam uel facultates accipe tu. Solet enim scriptura à parte to-
 tum denominare. Sicut enim per animam totum significat homi-
 nem, nobiliorem recensens partem, ita & per carnem inferiorem to-
 tum denotat. Præterea cum homini sicut & reliquis animantibus *Anima des-*
tit anima appetitiva, usurpatum anima in scripturis pro affectu, uo-
*luntate & desiderio, uel cupiditate. Ezechiel enim dicit: Animam Ezech. 7.
 suam non saturabunt (Germanice, Sy werdend fren glust nit
 Büßen) uentre corum non implebuntur. Postremo significarani, *Anima spi-*
ma spiritum hominis rationalem. De qua differemus, deo inspiran ritus homi-
te, in præsenti. Dissimulare tamen hic non possum, apud scriptores nis.
præclaros contrueri de anima & animo, idem ne an diuersa sint,
*& esse quidem rationes in utranc partem. Qui distinguunt, aiunt *Anima* &
 nos anima uiuere, animo autem sapere: id quod Lactantius dicit de *animus.**
Opificio dei cap. 18. Ego video probatissimos quosq; scriptores per-
*mixtim uiri utrop, & alterum ponere pro altero.*****

Neq; enim putandum est in homine duas esse animas. Rectissime nam esse
 me enim definierunt definitiones ecclesiasticæ, pronunciantes *ca-*
animam.

DE ANIMA HOMINIS RATIONALI.

p̄te decimoquinto: Non dicimus duas esse animas in uno homine: sicut Iacobus & quidam Syrorum scribunt, unam animalē, quae animetur corpus & immixta sit sanguini, & alterā spiritualē quae rationem ministrat, sed dicimus unam eandemq; esse animā in homine, quae & corpus sua societate uiuifiet, & semiperficiam sua ratione disponat. Itaq; non putamus ullam eorum rationem esse habendam, qui in uniuersum negant esse animam. Hi enim perinde insinuant, ut qui solem lucere negantur. Omnes enim solem & uidemus & sentimus: sicut & animæ beneficio uiuimus.

Esse animam.

Anima quid sit.

Porro quid sit rationalis anima hominis, nondum potuere concorditer definire sapientes huius seculi, quippe adeo dissentientes, ut uix duos inuenias qui idem dicant. Sunt autem sententiae inter se discordes non paucæ. Quid quod ueteres scripturarum interpretes in definienda anima cunctatiū progressi sunt: Lactantius de Opificio dei, negat animæ rationem & naturā assequi posse homines. Iccirco nihil prorsus aberrarunt à uero, quibus uisum est animam nulla finitione absoluta concludi posse, qua uidelicet eius natura exactissime exprimatur: interim posse eius ingenium uitungi ad umbrari, idq; ex operibus seu actis eius attribuitq; scripturæ. Sunt ergo qui dixerunt animam esse spiritum uitę, ad imaginem dei creatum, & corpori humano inspiratum. Est qui sic describat: Anima est spiritus, per quem corpus, cui est connexus, uiuit, aptus cognitioni dei propter amorem, atq; hinc coniunctioni cum eo ad beatitudinem æternam. Alius sic definit: Anima rationalis, est spiritus intelligentis, altera pars substantia hominis: nec extinguitur cum à corpore discessit, sed immortalis est. Cassiodorus sic definit: Anima hominis est à deo creata, spiritualis propriaq; substantia, sui corporis uiuisci catrix, rationabilis quidē & immortalis. Nos descriptionem petiam ex scripturis expendendam pīs, & quæ totam hanc dissertationem nostram dirigat, proponimus: Anima est substantia spiritualis, corpori humano à deo infusa, ut ei coniuncta ipsum animet & dirigat, separata autem à corpore non intereat, sed immortalis æternum uiuat.

Animas: esse substantias.

Matth. 10.
Lucæ 16.
Lucæ 23.

Negant nonnulli animam esse substantiam. Nam contendunt nihil aliud esse quam uim uitalem in homine adeoq; qualitatem quandam. Scriptura uero sancta agnoscit animam substancialē esse essentiam. Dominus enim in euangelio testatur animam in gehenna torqueri posse. Id quod protinus eadem euangelica autoritate in anima diuitiis epulonis quasi oculis cōtemplandum demonstratur. Latroni dixit idem dominus, qui mentiri non potest: Hodie mecum

mecum eris in paradiso. Id quod non potest de ulla laronis parte
quam anima exponi. Corpore enim affixus cruci hærebat. Vnde &
Ioannes apostolus & euangelista uidit subter altare animas inter se *Apo. 6.*
Eorum propter uerbum dei. Audiuit easdem clamantes uoce magna,
ac dicentes: Vsquequo domine, qui es sanctus & uerax non iudicas & uindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra?
Idem uidit animabus singulis singulas dari stolas, his insuper additis uerbis, à domino: Requiescite adhuc tempus modicum, donec compleantur conserui uestrī & fratres uestrī, qui interficiendi sunt, sicuti & uos. Quæ quidem omnia non qualitatibus, sed essentijs subtiliteribus competunt. Sunt ergo animæ hominū substantiæ. Quod Corpore ut exprimerent significantissime, arbitror nonnullos scriptores ecclasticos quondam tradidisse, rationales animas hominum esse reæ substancialiores, hoc est sui generis substantias proprie existentes. Nec prout animæ
to me C. V. molestem futurum strecitauero ad uerbum quæ de hac cauissa in utrany partem disputauit D. Augustinus epistol. ad S. Hierony. quæ ordine est 28. Incorpoream esse animam, inquit, et si difficile tardioribus persuaderi potest, mihi tamen fateor esse persuasum. Sed ne uerbi controuersiam uel superfluo faciam, uel merito patiar: quoniam cum de re constat, non est opus cenare de nomine: si corpus est omnis substantia uel essentia, uel si quid aptius nuncupatur id quod aliquo modo est in seipso, corpus est anima. Item si eam solam incorpoream placet appellare naturam quæ summe incommutabilis & ubique tota est, corpus est anima: quoniam tale aliquid ipsa non est. Porro si corpus non est nisi quod per loci spaciū aliqua longitudine, latitudine, altitudine ita sistitur uel mouetur, ut maiore sui parte maiorem locum occupet, & breuiore breuiorem, minusq; sit in parte quam in toto, non est corpus anima. Per totum quippe corpus quod animat non locali diffusione, sed quadam vitali intentione porrigitur. Nam per omnes eius particulas tota simul adest, nec minor in minoribus, & in maioribus maior, sed alicubi intensius, alicubi remissius, & in omnibus tota, & in singulis tota est. Neq; enim aliter quod in corpore etiam non toto sentit, tamen tota sentit. Nam cum exiguo puncto in carne uiua ali quid tangitur, quamvis locus ille, non solum totius corporis non sit, sed uix in corpore uideatur, animam tamen totam non lateret, neque id quod sentitur per corporis cuncta discurrat, sed ibi tantum sentitur ubi sit. Vnde ergo ad totam mox peruenit, quod non in toto sit, nisi quia & ibi tota est ubi sit, nec ut tota ibi sit cetera deserit. Vi- aunt enim & illa ea præsentie ubi nihil tale factum est. Quod si

DE ANIMA HOMINIS RATIONALI.

ficeret, & utrumq; simul fieret, simul utrumq; totam pariter non latenter. Proinde & in omnibus simul & in singulis particulis corporis sui tota simul esse non posset, si per illas ita diffundere, ut videmus corpora diffusa per spacia locorum minoribus suis partibus minorata occupare, & amplioribus ampliora. Quapropter si anima corpus esse dicenda est, non est certe corpus, quale terrenū est nec quale humidum aut aereum aut æthereū. Omnia quippe talia maiora sunt in maioribus locis, & minora in minoribus, & nihil eorum in aliqua sui parte totum adest, sed ut sunt partes locorum ita occupantur partibus corporum. Vnde intelligitur anima, sive corpus sive incorpoream dicenda sit, propriam quandam habere naturam, omnibus his mundanæ molis elementis excellentiore substantia creatā: quæ ueraciter non possit in aliqua phantasia corporalium imaginum quas per carnis sensus percipimus cogitari, sed mēte intelligi uita sentiri. Haec tenus Augustini uerba recensui, Scriptura quoque huc maxime inclinat ut incorpoream esse animam doceat. Diligenter enim & diserte spiritū appellat. Nam dominus in euangelio secundum Ioannem: Ego pono animam meā, inquit, & iterum sumam eam. Nemo tollit eā à me, sed ego pono eā à meispo. At apud eundem euangelistam legis, Dixit autem Iesus: Consummatum est, & inclinato capite tradidit spiritum. Nam apud alium euangelistam Lucae 23. exclamat: Pater in manus tuas trado spiritum meum. Et Matthæus: Matth. 27. Iesus autem cum iterum clamasset, inquit, uoce magna, emisit spiritum. Quo referri potest proculdubio quod in Actis de Stephano protomartyre legimus: Ecclapidabant Stephanum in uocem & dicentem: Domine Iesu suscipe spiritum meū. His uero significans exprimere non possum qualis sit substantia animæ hominis, quam spiritum esse credo, propriam utiq; ac singularem suam habentem substantiam à deo crearam. Nam Augustinus cuius uerba paulo ante adduxi, denuo in 1. cap. de Quantitate animæ dicit: Substantiam animæ nominare non possum: non enim eam puto esse ex his uisitatis notisq; naturis quas istis corporis sensibus tangimus. Nam neq; ex terra, neq; ex aqua, neq; ex aere, neq; ex igni, neq; ex his omnibus aut aliquibus horum coniunctis animam constare puto. Simplex animæ natura dici potest, quia ex alijs naturis non est. Quæ Augustini uerba imitando referre exprimereq; uolens Casiodorus dixit: Anima hominis à deo creata spiritualis propriæ substantia est. Ergo simpliciter assero singularem immo excellentiem quandam & ab alijs spiritibus differenter substantiam habere animam, uere quidem existentem & à creatione sua semper agentem, sed

Anima est
incorporea
sive spiri-
tus.

Ioan. 10.
Ioan. 19.

Lucae 23.
Matth. 27.

Act. 7.

Qualis
Substantia
animæ ho-
minis.

sed quam nos nostro eloquio circumscribere & eloqui non possumus.

Interim non probamus eos, qui exprimere uolentes qualisnam sit animæ substantia, ac dixerunt animam esse deum, uel certè partem portionem dei. Nā utrumq; reprobat scriptura. Etenim anima nec creatura & uicissitudini atq; peccatis immorta est, creator autem pars dei & munda ex semetipsa non est. Et quoniam creator incommutabilis est, lis & indiuisibilis est, anima dei portio esse non potest. Eleganter ergo & uere Aurel. Prudentius in sua Apotheosi, cum multis fodos hos errores confutat, recolligens tandem ueritatis sententiam, canit:

Absurde fertur deus aut pars esse dei, quæ
Diuinum summumq; bonum de fonte perenni
Nunc bibit, obsequio nunc culpa aut criminē perdit,
Et modo supplicium recipit, modo libera calcat, &c.

Hunc errorum ut elideremus & animam discerneremus ab alijs spiritibus substantijs uero spiritualibus, adiecimus in nostra descriptio-
ne, animam humanam à deo corpori humano infusam; unde crea-
tam esse quilibet iam nullo intelligit negotio, sed & spiritum esse,
non angelicum, sed humanum, id est à deo humano corpori insu-
sum, sive essentiæ atq; naturæ.

Vbi rursus noua se nobis offert explicata quæstio de animarum origine. Quæri enim solet, unde ueniant animæ, quando aut quo modo ingrediantur corpora sua? S. Hieronymus author est, pluri-
mas easq; inter se diuersissimas fuisse quondam de origine anima-
rum sententias. Scribens enim Marcellino & Anapyschæ: Super
animæ statu, inquit, memini uestra quæstiunculae imo maxime ec-
clesiastice quæstionis: Virum lapsa de cœlo sit, ut Pythagoras philo-
sophus omnesq; Platonici & Origenes putat, An à propria dei sub-
stantia, ut Stoici, Manicheus, & Hispanæ Priscilliani hæreses suspi-
cantur. An in thesauro habeantur dei, olim conditæ, ut quidam ec-
clesiastici stulta persuasione confidunt. An quotidie à deo siant &
mittantur in corpora: secundum illud quod in euangelio scriptum
est: Pater meus usq; modo operatur & ego operor. An certè ex tra-
duce, ut Tertullianus, Apollinarius & maxima pars Occidentalium
autumant, ut quomodo corpus ex corpore, sic anima nascatur ex a-
nimæ, & simili cum bruis animantibus conditione subsistat. Cæteræ
rum refutare sunt omnes illæ opiniones solidis argumentis à scri-
ptoribus ecclesiasticis, pro uerissima autem recepta & asserta est, quæ
tradit animam ex nihilo creari & corpori infundi à deo, quando for-

DE ANIMA HOMINIS RATIONALI.

Iesus in utero materno sua forma suisq; partibus perfectus est. Definitions enim ecclesiastice sic pronunciant: Dicimus creationem anima solum creatorem omnium nosse, & corpus tantum per coniugij copulam seminar, dei uero iudicio coagulari in matrice & compingi atq; formari, ac formato iam corpore animam creari & infundi. Vnde & beatus Hieronymus aduersus errores Ioan. Hierosolymitanus episcopi disputans ad Pamachium, post recitatas uarias de origine animae sententias, ait, An certe quod ecclesiasticum est secundum eloquia saluatoris: Pater usq; modo operatur, & ego operor. Et illud Isaiae: Qui format spiritum hominis in ipso. Et in Psalmis: Qui fingit per singulos corda eorum quotidianie fabricatur deus animas, cuius uelle fecisse est, & conditor esse non cessat. Haec ille. Certe scriptura dicitur uerbis docet animam non oriri ex terra, neque esse ante corpus conditam, sed proficiisci ex creatoris ore, nimirum ex uirtute dei secrera, infundiq; formato corpori. Formationem enim patris nostri describens Moses, prius commemorat Adamis formatum esse corpus, deinde in formatum & absolutum corpus inspiratum animam uitam. Formauit, inquir, dominus deus hominem de luto terra, & inspirauit in faciem uel nares eius spiritum uitam, factusq; est homo in animam uiuentem. Significat enim spiritus uitae animalem rationalemq; id est, humanam animam, quam uides corpori formato inspiratam sive infusam esse. Cumq; mulierem ex costa idem crearet dominus, animam certe non ex Adamo eiusq; anima traduxit in Euam, sed crearam formato corpori sua infudit bonitatem & potentiam. Neq; hodie aliter nos creari a domino quam ut corpori formato infundatur anima, locupletissimus testis est Iob, dicens: Manus tuae (o deus) fecerunt me & plasmaverunt totum. Nonne sicut lac mulsiisti me, & sicut caseum me coagulasti? Cuite & carne uestiuisti me, ossibus etiam & neruis compegisti me. En habes his elegantissime descripiam, & conceptionem & formationem in utero materno corporis humani. Sequitur iam deinceps in Iob de anima: Vitam & misericordiam tribuisti mihi, & uisitatio tua custodiuit spiritum meum. En uitam, id est, anima corpori iam formato est a deo infusa. Vitam, air, & misericordiam tribuisti mihi. Adiecit uitam misericordiam. Est enim mirum, in utero materno foerum uiuere, tot uidelicet membranis inuolutum, exerit ergo se in eo misericordia diuinæ beneficium ingens. Sequitur autem per interpretationem: Et uisitatio tua, id est, prouidentia & conseruatio tua, custodiuit seu conseruauit spiritum meum. Nunc enim spiritum uocat id quod appellarat prius uitam, id est, animam. Proinde recte & secundum

Gene. 2.

Iob 10.

secundum scripturas tenemus, animas hominum creari à deo & infundi absoluus iam in utero corporibus, utcunq; non attingamus acu, quod dici solet, singula huius causæ puncta atq; momenta.

Inspiciendum modo quid operetur in corpore hominis anima: *Operatio brevibus id in descriptione complexi sumus, dicentes coniunctam nes & uis corpori hominē animare & dirigere. Etenim complectitur anima res animæ, rationalis uim negatiuam & sensitivam, & etenus corpus animat; praeterea partes habet duas, officijs, non essentia distinctas, Intellexū & Voluntatem, & etenus hominem dirigit. Intellectu enim qui & mens & ratio dicitur, percipit dijudicat & cognoscit intelligibilia, cernitq; quid persequatur aut quid fugiat. Voluntate autem seu appetitu cognitum eligit, hoc amplectens, illud uero repellens. Qua rursus patet latissimè. Proinde singula persequar paulò co-
piosius. Principio anima corpus hoc mortale & terrenum p[re]sen-
tia sua uiuificat, colligit in unum atq; complexu miro reuineret, nec
diffluere neq; contabescere sinit: alimenta per membra æqualiter,
suis quibusq; redditis, distribuit, congruentiā eius modumq; con-
seruat, non tantum in pulchritudine, sed etiam in crescendo atq; gi-
gnendo. Sed hæc omnia homini etiam cum arbustis communia
uideri queunt. Hæc enim etiam uiuere, in suo item quidq; illorum
genere custodiri, ali, crescere, gignere uidemus atq; fatemur. Videan-
mus itaq; quid anima possit & operetur in sensibus, ubi evidentior
uita intelligitur. Intendit se anima in tactum, & eo calida, frigida,
aspera, lenia, dura, mollia, leuia, grauia, sentit atq; discernit. Deinde
innumerabiles differentias saporum, odorum, sonorum, forma-
rum, gustando, olfaciendo, audiendo, uidendoq; dijudicat. Atq; in
his omnibus ea quæ secundum naturam sui corporis sunt, asciscit
atq; appetit, reiçit fugitq; contraria, sociis quoq; nō iam gignen-
dis tanrum modo, sed etiam fouendis, tuendis, alendis atq; conser-
uandis conspirat. Sed hæc rursus omnia animam etiam in bestijs
posse nemo negat. Consideremus ergo quæ sit uis animæ hominis
propria, & hic expende mihi mirabilem intelligendi & rationandi
facultatem, nec uulgarem, qualis est in bruis memoriam, sed remi-
niscentiam animaduersione atq; signis commendatarum ac reten-
tarum rerum innumerabilium: considera mihi tot artes opificum,
agrorum cultus, extirpationes urbiuum, uariorū & difficiorū ac mo-
liminum multimoda miracula; inuenitiones tot signorum in literis,
in uerbis, in gestu, in sono, in picturis atq; figuris: tot gentiū lin-
guas, tot instituta, tot noua, tot instaurata, tantum librorum nume-
rū, & huiuscemodi monumentorum ad custodiendā memoriam,*

DE ANIMA HOMINIS RATIONALI.

tanquam curam posteritatis, officiorum, potestatum, honorum, dignitatumq; ordines, sive in familijs, sive domi militiæ q; in republi-
ca, sive in prophanis, sive in sacris apparatibus; considera milii
uere admirabile excogitati fluuios eloquentiæ, carminū uarie-
tates, ludendi ac iocandi cauſa milleformes simulationes, modu-
landi peritiam, dimentiendi subtilitatem, numerandi disciplinam,
præteriorum ac futurorum ex præsentibus coniecturam. Magnæ
quidem hæ in hominis anima uitutes seu operationes sunt, sed
bonis & malis communes. Sequuntur ergo ex quibus uera boni-
tas atq; laus homini ex uitibus animæ existit, & quæ in solis inue-
niuntur pijs. Audet se anima uniuerso corpori præponere, bonaq;
eius bona sua non putare, imo & contemnere: & inde quo magis
se delectat eò magis sese abstrahere à sordibus, totamq; se purgare
per fidem & spiritum sanctum, roborare item se aduersus omnia
quæ de bono proposito dimouere moluntur: societatem prætere
magni pendere, homines charitate prosequi, nihilq; uelle alteri,
quod sibi nolit accidere. Nam sequitur doctrinam diuinam, & cre-
dit per hanc sibi deum loqui, coniungitur per spiritu & fidem cum
ipso deo, in quo delectatur uereq; feliciter uiuit, omnis generis uit-
utes proferens. In hoc tam præclaro animæ studio magnus adhuc
labor est. Acerreme enim cum carne & mundo configite neque us-
piam tuta ab infestationibus incursionibusq; satanæ conquiescit.
Verum hic quoq; à domino confirmata pulcherrimas reportat ui-
ctorias ac triumphos. Operatur ergo sanctissima quæq; opera ani-
ma, sed sanctorum: animæ enim impiorum omnis generis sceleræ
perpetrant. Sunt alia operationes animarum multæ, quas ne sim-
æquo prolixior, recitare desino. Hactenus uero de anima hominis
corpori adhuc coniuncta differui: in qua differentiatione mira relucet
dei bonitas, animæ imo totius hominis munificentissimi creatoris,
cuius gratiæ merito acceptum ferimus, quicquid laudis animæ at-
tribuitur. Dicam porro de anima à corpore dissociata.

*De anima
à corpore
separata.*

Separata à corpore non definit esse quod suit, sed extincto iam
corpore ipsa in sua permanet essentia superficies, immortalis omni-
no, & omnis corruptionis expers. Mors enim hominis non est ani-
mæ extinctio aut pernicioſe, sed disiunctio dunxat aut discessus à
corpore. Tollis ex laterna lucernam, lumen abstulisti laternæ, lucer-
nam uero non extinxisti: laterna proprie ablata lucernam tene-
bris squaler quidem, sed lucerna adeo nihil damni sensit ex transla-
tione ut exempla ex laterna iam clarius luceat & latius spargat ra-
dios sui luminis. Ita certè anima separata à corpore suo terreo lu-
teoue,

reduce, adeo non sentit ullum incommodum, ut molestia corporis liberata, liberius iam & efficacius uiuat & agat. Cæterū uulgus hoc *Anima eff* non uidet, corpus duntaxat in extinctis anima spoliatum uider, & immortalis quia hoc omni sensu & motu caret imo & compuirescit, purat iouū interijsse hominem. Nec desunt audaces & impij nequam, quibus in ore est neminem unquam à morte sive ex inferis rediisse, qui reditu suo approbarit extincto corpore superstites remanere animas. Sed malitiose mentiuntur, simulantes se nescire quod certò nouerunt. Quis enim nesciat Christum dei filium mortuū & sepultum quidem, sed tertia die à mortuis esse exuscitatum, redieme in corpus illa ipsa anima, quę ante mortem animarat & rexerat corpus? Quis nesciat Christum uero corpore & sua ipsis rationali & genuina anima ascendisse in cœlos, ac consedisse in dextera patris, ut illuc quasi deposito pignore certissimo, toti orbi, attestaretur, & animas nostras proprias & corpora nostra propria aliquando illuc fore transferenda? Quis nesciat tot mortuos ex mortuis in uitam reuocatos recepisse nō nouas, sed ueteres illas suas animas? quod minime factum est: si morte corporea extinguerentur animæ hominū.

Obiiciunt scripturam ipsam meminisse mortis animæ. Fateor id quidem. Anima enim hominis & mortal is & immortalis est, secundum quendam modum suum. Non enim omnimodo immortalis est, sicut deus, de quo dictum est, quia solus habet immortalitatem. *De morte animarū.* Et quidem memorabilis est mors animæ in scriptura sancta, sed ea refertur ad conditionem non ad substantiam animæ. Nam si uita animæ deus est, certe mors animæ est deo destituti & sibi ipsi relinqui. Siquidem uiuit nihilo minus in essentia sua rationalis anima, sed cum misere uiuit, misera uita mors uere appellatur. Sed & desperatio ipissima animæ mors est. Nam spe uiuimus. Et Paulus: *Vivo Galat. 2.* non iam ego, ait, sed uiuit in me Christus: ac uiam quam nunc uiuo in carne, per fidem uiuo filij dei: ergo fide destituti mortui sunt, fide donati uiuentes. *S. Augustinus de Fide & Symbolo cap. 10.* Potest & anima, ait, sicut corruptibilis propter morum uitia, ita etiam mortal is dici. Mors quippe animæ est apostatare à deo, quod primum cius peccati in paradyso sacris literis continetur. Et idem iterum lib. de Trinit. 14. capite 4. Habet & anima suam mortem, inquit, cum uita beata caret, que uera animæ uita dicenda est. Sed immortalis ideo nuncupatur, quoniam qualicunq; uita etiam si miserrima uiuit, nunquam definit uiuere. Profitemur ergo ore libero animas hominum à corporibus separatas seu exemplas non intrare, sed immortales æternum uiuere, fideles quidem in æterna se-

DE ANIMA HOMINIS RATIONALI.

licitate, infideles autem in æterna condemnatione.

Tessimo. Id quod solidis aliquot scripturæ testimonijs comprobare pernia immor- gam, si illud monuero prius, testimonia scripturarum in hac caussa talitatis as longe esse uiuidiora, quam rationes humanas è philosophia cōtempninarum. Peruntur enim testimonia ex ore ipsius uiri, & in uita conservatis dei, qui cum uerax sit, mentiri nescit, qui cum uitam largiatur & uita sit, de uita omnium certissime testari potest. Negi dubium est cooperari uerbo dei spiritum dei, à quo nisi tangantur corda hominum, nihil efficient in mortis periculo maxime & in alijs tentationibus, quantumuis euidentes philosophicæ rationes. Carnei ergo & animales sunt prorsus qui non erubescunt dicere scripturis duntaxat sibi non posse persuaderi animarum immortalitatē. Imò firmum ac stabile in temptationibus nunquam erit, quod ex carne & sanguine profectum fuerit. Subiiciemus itaq; aliquot certa testimonia & ea maxime clara.

Psal. 15. David rex in orbe potentissimus & felicissimus, unico uersu & animarum immortalitatem & corporum resurrectionem comple-
xus dixit: Non derelinques, domine, in inferno animam meam, neque dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Constat homo corpore & anima. Corpus corruptum morte, & redigitur in puluerem: sed ideo non peribit. Sicut enim corpus Christi sepultum non compuruit, sed tercia die resurrexit, ita in die iudicij excrabitur & corpora nostra & vindicabuntur per Christum à corruptione. Anima uero nostra non demergitur ad inferos. Sed sicut anima Christi ad corpus ex inferis rediit, & in resumpcio corpore in caelos ascendit ita & animæ nostre uiuent per Christum, non morientur.

Eccle. 12. Solomon filius Dauidis, regum & omnium mortalium sapientissimus, uno & ipse uersu fata & corporis & animæ exponens, dicit: Reueretur puluis in terrā sicut fuit, & spiritus redibit ad deum, qui dedit illum. Puluis appellatur à Solomone corpus humanum, quia à deo factum referut in Mose, ex puluere terra. Corpus ergo reddit in puluerem, computrescit enim & resoluitur in id quod ante fuerat in die usq; iudicij, prostruante domino: Puluis es & in puluerem reuenteris. Verum spiritus, id est, anima rationalis non interit cum corpore, non resoluitur in puluerem, quia non est sumpta de puluere, nec dissipatur in aerem, quia aere non constat, sed reddit ad deum superstes à morte. Ideo autem ad deum reddit, quia deus dedit animam, & singulari modo hominem condidit ad similitudinem & imaginem suam, inspirans in faciem eius spiritum uitæ, uitæ inquam, id est uitalis potentia, non spiritum mortis. Nō potest ergo interire;

Intere, quia immortalitatē accepit à deo, qui cum uita sit, uitalem spiritum quem condidit conseruare potest.

Dominus Iesus, uerus dei filius, uita & resurrectio fidelium, in euangelio clare dicit: Ne metuatis uobis ab his qui occidunt corpus, *Math. 10.* animam autem non possunt occidere, sed metuite magis illum, qui potest & animam & corpus perdere in gehenna. Si cæso corpore à tyrannis, anima non cæditur, manet ergo superstes ab extinctio corpore, atq[ue] ita certò maner, ut exuta corpore, propter perfidiam eternum arsura à iustissimo deo coniiciatur in gehennam. Nam in eosdem euangelio iterum dicit dominus: Qui uoluerit animam suam *Math. 16.* seruare, perde eam, & qui eam mea caula perdiderit, inueniet eam. Perdit autem animam suā, non is duntaxat, qui uolupatibus mundi ipsam defraudat & temperatissime uiuit, sed is quoq[ue] qui se propter confessionem fidei trucidandum offert tyrannorum truculentissimis manibus. Hic autem inuenit perditam animam, manent ergo superstites & immortales animæ hominum: etiam post mortem corpoream.

In euangelio secundum Ioannem dicit dominus: Amen amen *Ioan. 5.* dico uobis, qui sermonem meum audit & credit ei qui misit me, habet uitam eternam, & in iudicium non ueniet, sed transiuit à morte in uitam. Habes in hisce domini uerbis mortem corporeā. At protinus ab hac testatur nos trāsire in uitā: superstites ergo manet à morte hominum animæ. Nunc enim nihil loquitur de corporis resuscitatione & salute, sed de animæ uita post mortem:

In eodem euangelio rursus dicit dominus: Amen amen dico uobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non uidebit in æternum. Cæterum constat omnibus hominibus constitutum esse *Hb. 9.* semel mori, nimirū morte corporali: uiuit ergo anima à morte corporali. Necesse est enim hominem fidelem non uidere uel non experiri mortem: nisi is falsum dixerit qui sacramento quod dixit, affirmauit. Vtrobiqu[ue] enim iusurandum adhibuit, dicens: Amen dico uobis, quo minus dubitaremus de animarum immortalitate. Plurima extant eaq[ue] euidentissima in eodem euangelio testimonia Christi filij dei, ut cap. 6. 10. & 11. quibus coniungemus modo unum & alterum ex scriptis beatissimorum Christi apostolorum.

Sanctus Petrus loquens de animabus patrum iam olim defunctorum, dicit mortuis prædicatum esse euangelium, ut iudicentur quidem sicuti alii homines carne, uiuant autem iuxta deum spiritu. Spiritus sunt animæ beatorum patrum, quorum corpora iam sepulchra expectant: uniuersalem generalis illius finalisq[ue] iu-

DE ANIMA HOMINIS RATIONALI.

dichj sententiam, id est, ut caro eorum resusciteretur, & simul cum alijs hominibus iudiceret in ultima illa die: interea uero animæ uiuunt apud deum. Superstites ergo sunt animæ hominum, etiam iam dum putrefactis corporibus ipsorum.

2. Tim. 1.

S. Paulus in epistola ad Timotheum, dicit: Manifeste uitæ & immortalitatem per Christum esse reparatam. Idem ubiq; animarum immortalitatem tam clare asserat, ut cæcus sit qui non uideat.

Apo. 6.

S. Ioannes apostolus & euangelista uideret in cœlis sub ara, id est, sub patrocinio Christi, qui est hostia & propitiatio pro peccatis mūdi, latentes animas uiuentes atque clamantes: Visque quo domine non uindicas sanguinem nostrū? Videret easdem indui uestibus candidis, donariq; requie sempiterna. At erant istæ animæ martyrum Christi animæ, quorum corpora cæsa interierant in terra sub tyranis & persequitoribus fidei Christianæ, immorales sunt itaq; animæ hominum. Ideoq; uerissima adeoq; indubitate sunt quæ leguntur in libro Sapientiæ his prodita uerbis: Iustorum animæ in manu dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Insipientium iudicio mori uidentur: calamitosus existimatur exitus eorū & discessus à nobis exitialis, cum illi fruantur felicitate. Etenim dum cruciantur in conspectu hominum spem alunt plenam immortalitatis, & leuitate uexati ampla beneficia consequentur. Quoniam deus tentauit eos & se dignos comperit, Tanquam aurum in fornace probauit eos, & ut solidum sacrificium excepit. Itaq; tempore uisitationis suæ effulgebunt, & ut in stipulis scintillæ discurrēt. Indicabunt gentes, dominabunturq; populis, & regnabit in eis dominus in perpetuum. Verissime ergo & secundum scripturam canonicam pronuntiant Definitiones ecclesiasticæ 16. cap. Solum hominem credimus habere animam substantiuam, quæ exuta corpore uiuit, & sensus suos atq; ingenium uiuaciter tenet. Non cum corpore moritur, sicut Aratus afferit: neq; post modicum interuallum, sicut Zenon dicit: quia substantialiter uiuit. Animalium uero animæ non sunt substantiæ, sed cum carne ipsa carnis uiuacitate nascuntur, & cum carnis morte finiuntur moriunturq;.

Omnis sa-
mias esse
immorta-
litas.

Veritas porro illa de animarum immortalitate ueluti lege natuplentes do-
ræ inscripta est mentibus omnium hominum. Vnde nihil mirum
euerunt & quod sapientissimi quiq; inter gentes nunquam sustinuerunt ani-
mam appellari mortalem. Consensus enim omnium, qui naturæ
uoxtutur, præcipue maiorum, declarat animas immorales. Idq;
etiam afferit M. Tullius: Ut, inquit, deos esse natura opinamur, qua-
lesq; sint ratione cognoscimus, sic permanete animos arbitramur,
consensu

consensu nationum omniū. Omnes itaq; prisci, & omnes qui eos inseguuntur sunt, animos æternos dixerunt, Trismegistus, Musæus, Orphæus, Homerus, Pindarus, Pherecydesq; Syrus Pythagoræ p̄ceptior, & huius discipulus Socrates. Ipse Plato, qui ut Pythagoreæ diceret, in Italiam nauigauit, de animarum immortalitate non sensit idem modo quod Pythagoras, sed rationes etiam attulit. Hæ rationes, teste Tullio, plures sunt, ut qui legat librum eius, non videatur aliquid desiderare amplius. Seneca tam clare animorum immortalitatem afferit, ut nihil clarius. Nam idem fecit Epicterus insignis philosophus Senecæ synchronos. Si qui ergo superflunthomines leues, quibus dubia esse uidentur animarū immortalitas, aut qui hanc prorsus negant, hi certe hominum nomine indigni sunt. Nam pestes sunt reipublicæ & bestiæ, digni qui hominum explodantur ab dicanturq; confortio. Freno enim caret, pudoremq; omnem abstergit, & ad omne nefas patrandum instructissimus est, quisquis credit animam hominis esse mortalem.

Demonstravi separatas per mortem à corporibus animas homi^s. *Vbinam* minum non interire sed uiuere superstites, restat ut porro doceam agant animubinam destitutæ corporis domicilio agat aut uersentur. Dum con*mæ* separata*iunctæ* essent corporibus his ceu domicilijs suis uebantur, ita ut tæ à corpora quamuis dicantur loco non circumscribi, non errarint tamen extra ribus, corpora sua, uerum in ipsis ceu ergastulis ad dissolutionem usq; fuerint uelut cōclusæ. Illæ ipsæ ergo à corporibus iam dissociatæ, cum sensus suos, ingenium suum, totamq; substantiam suam uiuaciter retineant, et si ne nunc quidem loco circumscribi dicantur, non diffluunt tamen aut dissoluuntur, nuspian existentes, sed cōpactæ in sua essentia alicubi sunt iterū, habentes non noua quidē corpora (liberæ enim sunt ad iudicium usq; quo denuo corporibus coniungent) sed tamē certa fibi à deo parata in quibus degant domicilia. Per me sane licet aliq; perquam acute & subtiliter disputatione, quomodo spiritus loco cōtineantur, uel nō conbineantur; ego simpliciter cum scriptura assero, animas à corporibus separatas colligi uel in ipsum colum, uel demergi in terrara, atq; eos ibi sic uersari ut cū hic sint alibi non fint. Nam dominus in euāgelio dicit significantissime Lazarus *Luce 10.* mendici animam delaram esse in sinum Abrahæ, diuinis autem epulonis deiectam in terrara. Quinimodo sequitur protinus in historia, Inter nos & uos (colloquuntur autē animæ beatæ & infelices) hiatus ingens firmatus est, ut hi qui uolunt hinc transire ad uos, non possint, neq; inde huc transcendere. Iam & S. Paulus dissolui cupit *Phil. 1.* & esse cum Christo. Dissoluimus morte; migrante enim anima dis-

DE ANIMA HOMINIS RATIONALI.

solutur & concidit corpus; anima ad Christum euolat. Christum uero indicat nobis scriptura in cœlis ad dexteram patris. Cœlum autem ubi sit, nemo nescit. Et nos alias ea de re copiosius disputauimus.

Ioan. 14. In euangelio secundum Ioannem ipse dominus animatorum contubernium animabus à corporibus separatis parat, & locum appellat & mansionem seu habitationem: his insuper adiectis uerbis: Assumā uos ad meipsum, ut ubi sum ego, & uos sitis. Ideoq; uidetur beatus Ioannes in cœlo animas sub ara uel patrocinio Christi degentes atq; conquiescentes. Illuc enim excedentes ex corporibus ad semetipsum collegerat. Huc pertinet elegans & mire huic negotio accommodus beati Pauli apostoli locus, his uerbis in secunda

Apo. 6. ad Corinth. conscriptus: Scimus quod si terrenum nostrum domicilium tabernaculi destruatur, ædificationem ex deo habemus, domum non manu factam æternam in cœlis. Et reliqua. En dum corporibus nostris fuerunt coniunctæ animæ nostræ, hæc ceu domos suas inhabitarant, deicta autem domo corruptibili aliam ani

æ meliorem & diuturniorem extruxit deus, ipsum, inquam, cœlum, in quod excedentes ex corporibus benigne recipit. Nam corpus ipsum quale nunc habemus appellat domicilium tabernaculi. Sicut enim tabernacula leui materia nec solido fundamento ad breve tempus extruuntur, deinde paulò post diruuntur aut sponte cadunt: ita corpus mortale datum est hominibus ueluti caducum turgurium, quod paucis diebus incolant, mox autem migrant. Simili allegoria usus est & S. Petrus 2. Petri 1. Huic opponit ædificiū durationis perpetuæ, ipsum, inquam, cœlum. Cum enim dixisset nos habere ædificationem ex deo, per interpretationē subiungit: Domum non manu factam. Et adhuc clarius: Aeternam in cœlis. Nec impedit aut aliud sensum supererit quod mox sequitur: Desideramus do micilium nostrum quod ē cœlis est superinduire. Nam ē cœlis perinde sonat ac si tu dicas cœlestē: domicilium ergo animæ cœlestē uel ipsum cœlum est, locus, inquam, depuratus beatis spiritibus.

Redit ani- Enim uero habitabit in cœlis anima fidelis ad eum usq; diem, quomodo ad cor iudicabit dominus totum orbem iudicio illo suo uniuersali: runc pus, sed nō demum redibit ad corpus resuscitatum, ut post iudicium totus homo corpore & anima apud deum æternum uiuat. Sic enim testatur

ante iudi- Paulus, Ipse dominus cum horatu ac uoce archangeli ac tuba dei descendet de cœlo, & mortui in Christo resurgent primum: deinde nos qui uiuemus, qui reliqui erimus, simul cū illis rapiemur in nubibus in occursum domini in aera, & sic semper cum domino erimus, in cœlis nimirū que supra nos sunt, ubi nubes conspicuntur.

Proinde

Proinde omissis uanis speculationibus disputationibusq; curiosis,
credamus domicilium paratum à domino separatis à corporibus a-
nimis in celo, in quod recipiantur fideles, rursus paratum esse i-
grem eternum, in quem coniunctione omnium infidelium animæ.

Docuimus Cœlum esse sedem uel habitationem separatis à cor. Quomodo
coribus animabus recipiendis à deo paratum, reliquum est ut ostendamus quomodo & quando illuc à morte transferantur. De modo feretur ad
non possum aliud dicere quam ipsum esse deo plenè cognitum, non locum sibi
ibis uero quantum satis uidebatur in scripturis adumbratum, nemus destinatum.
pe quod per angelos animas subducentes motu fiat celerimo. In
euangelio enim dixit dominus animam Lazari ab angelis deporta-
tam in snum Abrahæ. De qua re & superius diximus, cum concio-
naremur de Angelis bonis. Qualis uero motus ille sit, naturalis an
supernaturalis, scirupari nolo. Credo deū perficere ac prestatre quod
promisit. Promittens autem, dixit: De morte transiuit ad uitam, Rur *Ioan. 5.*
Iesus Laroni dixit: Hodie eris mecum in paradyso; ueluti momento *Luce 23.*
totam illam delationem comprehendens. Hic illud quoq; necessa-
rio adiungimus, beneficio Christi deferendum esse quod in celos ra-
pimur. Ipse enim est ostium & uia.

Quando autem transferantur animæ in celos uel deiijciantur in Quando
infernus, questio uideretur hodie non tantum utilis, sed etiam modis transferan-
omnibus necessaria quæ excutiatur. Etenim sunt nostro sæculo ma- tur animæ
le seriat homines, qui puram huius caussæ simplicitatem corrupe- in cœlum.
runt. Inuenias enim dicentes animas è corpore migrantes nō recta
tendere in cœlum, sed ueluti lethargo correptas, in ultimam usque
diem iudicij dormire. Inuenias alios contiendentes animas non nisi
exactissime purgatas igne lustratorio, quem ipsi appellant purga-
torium, euolare in sedes beatas. Quasi intercipiantur à piratis & pre-
donibus medio in itinere, coniunctione in tormenta, donec uel ip-
se satisfaciant, uel alij pro eis uelut æ alienum contractum exol-
uant. Ego uerunc nego & pernego; assero autem animas nō dor-
mire, nec à morte corporea tormenta lustrari ullis, sed uigilantes, ui-
uentes, & à supplicijs quibusvis liberatas, à morte corporea proiu-
nus & in puncto quidem, uel in celos deportari, uel demergi in
tartara.

Dormitij uero nihil quod pro lethargo suo afferant, habent. *Anima se-*
nisi quod scriptura non raro fata describens sanctorum meminit paratæ à
somni & obdormitionis: Obdormiuit & additus est ad patres suos. corporibus
*Et Paulus dixit: Nolo uos ignorare de dormientibus, cum loque- non dormi-
tentur de morientibus, Cæterum sicut animæ coniunctæ adiuç ca- unt.*

DE ANIMA HOMINIS RATIONALI.

duco huic corpori nunquam dormierunt nec dormire potuerunt;
ita liberatae ab onere corporis multo minus dormire crededae sunt.
Ad corpus itaque refertur obdormitio. Nam obdormit in domino
quicunque in uera fide moritur. Sicut autem dormientes recreatis som-
no artibus mox euigilant, surgunt & operantur: Ita morte non
extinguitur corpus prorsus ne aliquando reuiuiscat, sed recipitur
nunc quidem in quietem, ad iudicij uero diem rursus resurgit & u-
nit: ac propterea obdormire non mori dicuntur in scripturis sanctis,
ut mysterium resurrectionis carnis nostrae significetur. Id quod non
uident crassi ibi homines, unde animæ tribuunt quod corporis pro-
prium est. Alia argumenta quæ ad stabiiliendam ueritatem suam
proferunt, indigna sunt quæ recensentur. Vel enim scripturas ui-
lenter à nativo sensu detorquent, uel corrupta ratione falsa
ex falsis colligunt.

Animæ se- Qui uero opinantur animas à corpore migrantes non recta &
parata à uestigio tendere in cœlum, sed abripi itinere medio in igne illum
corporibus purgatorium, in quo lustrantur à fôrdibus peccatorum in carne cons-
nō deferunt tractis, deinde purificatas in conspectum sanctissimi dei ab ange-
tur in puris deferri, dormitantijs nihil tolerabilius hallucinantur. Vel enim
gatorium, purgantur animæ igne illo purgatorio à peccatorum fôrdibus, uel
abluuntur auctiustrantur dolore aut cruciatu tormentorum quæ ibi
perferunt. Si uirtute illius ignis purgantur peccata, consequens est,
non solo filii dei sanguine peccatores sanctificari. Quibus uero scri-
pturis approbabunt nobis uim illam purgandi datam esse ignem? An
uero mutauit deus consilium suum & ignem hunc pro Christo san-
ctificatorem instituit? Proh pudor. Si uero propter nostra tormenta
remituntur peccata, ergo non propter crucem & passionem Chri-
sti duntaxat purificamur. Doceant illi nos ex scriptura id meriti con-
cessum esse à deo nostræ passioni. Cæterum solo Christi sanguine
& passione sanctificantur omnes quotquot sanctificantur, ergo
purgatorium est commentum diaboli impium, quod Christi cru-
cem ac meritum obsecurat, imò & evacuat. Quid enim illis est pur-
gatorium, nisi satisfactio pro peccatis, facta ab animabus separatis
Solo Chri- à corporibus? Mouetur in euangelio Ioannis quæstio à discipulis
sli sanguine beati Baptista de purificatione animarum. Ac Baptista demonstrat
purgantur fideles fide per Christum purificari: id quod & sancto baptismo at-
testatus creditur. Præstantissimi denique apostoli diserte testificantur
Joan. 3. solo Christi sanguine & passione unica, & merito eius abso-
Act. 4. lutiss. omnes fideles mundari. Nam Petrus qui in Actis dixit: Non
est in alio quoquam salus. Nec enim aliud nomen est datum inter
homines

Homines in quo oporteat nos saluos fieri: idem, inquam, scriptis in canonica sua priore: Scitis uos redemptos esse non caducis rebus, *1. Pet. 1.*
 uelut argento & auro, sed pretioso sanguine agni immaculati. *Ioan. 1.*
 Iohannes quoq[ue] apostolus: Et sanguis, inquit, Iesu Christi filij dei emun-*1. Ioan. 1.*
 dat nos ab omni peccato. Et idem iterum: Christus dilexit nos, & *Apo. 1.*
 lauit nos a peccatis nostris per sanguinem eius. Paulus uero ad Ephesios & ad Titum demonstrat nos solo filii dei sanguine purificari. *Ephes. 5. Tit. 3.*
 Ad Hebreos: Per semetipsum, ait, purgauit peccata nostra, & conse-*Heb. 1.*
 dit in dextera dei in excelsis. Per semetipsum significanter dixit, ut
 alia omnia excludere. Nam alibi sic pronunciauit: Si ex lege est iu-*Galat. 2.*
 stitia, ergo Christus frustra mortuus est. Ad eundem enim modum
 argumentamur & nos: Si igni purgatorio mundamur, ergo Christus
 frusta fudit sanguinem purificandis nobis. Quid enim opus
 erat ipsum supplicio affici grauiissimo, si igne potuimus lustrari pur-
 gatorio? Præterea uniuersa scriptura docet nos Christum esse sa-
 tisfactionem & propitiationem nostram unicam. Id quod alijs in
 locis copiose ostendimus. Iccirco animæ non satisfaciunt in pur-
 gatorio, nisi Christum superuacaneum hominibus esse fateri ue-
 limus.

Suppingunt isti uim purgandi purgatorio igni datâ esse ex gra-
 tia uel sanguine & merito Christi, purgareq[ue] h[ic] nō sua uirtute, sed
 filij dei potentia. Cæterum confinxerunt hoc quoque nequissime.
 Nam scriptura ubiq[ue] remittit (quod & modo diximus) ad filium dei
 & premium sanguinis & emundationis eius, cuius participes nos
 fieri docet in hoc sæculo uiuentes per fidem & spiritum sanctum:
 purgatori autem ne uerbo quidem uspiam meminit: nusp[er]iam dicit
 in alio sæculo nos purgari gratia dei. Susturantur ergo isti gloriam
 filio dei propriam, & cōmunicant igni prouersus fictitio & blasphem-
 mo, deniq[ue] aliud tempus gratiae constituant extra hoc sæculū, quod
 à scripturis alienum est prouersus. Clamauit enim in euangelio do-
 minus noster: Me oportet operari opera eius qui me misit, donec *Ioan. 9.*
 dies est. Venit nox quando nemo potest operari. Et Paulus: Opere-*Galat. 6.*
 mur bonum, inquir, id est, benefici & liberales simus in paupe-
 res, dum tempus habemus. Id quod sumpsiisse uideatur ex Eccle-
 siasta Solomonis, dicentis: Cum nubes impletæ fuerint, pluuiam *Eccle. 11.*
 effundunt in terram: & cum arbor ceciderit uel ad austrum, uel ad
 aquilonem, in quemcumq[ue] locum ceciderit, in eo permanebit. Alle-
 goris enim uitetur duabus, quibus diuites liberalitatem docet. Pri-
 ma sumitur a nubibus. Nubes ex terra colligunt uapores, qui con-
 densati mox ceu è spongia exprimuntur effundunturq[ue] in terram;

DE ANIMA HOMINIS RATIONALI.

ipsam rigantes. Id ipsum faciant diuites, conquistas ex hominibus opes in homines iterum spargentes. Secunda sumitur ab arboribus, quæ excisa in ijs locis manent in quos cadunt. Monet ergo Sapientia, opportune faciamus quod facturi sumus, ubi enim hinc excesserimus nullum esse locum penitentie. Et in euangelio arbor non raro ponitur pro homine, ubi & dextrum ponitur pro loco beato, sinistrum pro loco damnationis. Dicit ergo: Vbi mortuus fueris, in damnatione uel beatitudine semper manebis. Diuinis consonant humana. S. Cyprianus enim contra Demeterianum dixit: Quando isthinc excessum fuerit, nullus iam locus penitentiae est, nullus satisfactionis effectus. Hic uita aut amittitur aut teneatur. Hic salutem eternam, cultu dei, & fructu fidei prouidetur, &c.

Plene purgari animas sanguine filij dei, sed non plene, remanere enim aliquid sordium in purgatorio eluendarum. Discedere enim illas non plena fide ex hoc seculo, & siccirco non prorsus bonas: rursus cum aliquid eis sit fidei, non esse prorsus malas: & quoniam non sint bona prorsus, in cœlum ingredi non posse: rursus cum nō omnino pessimæ sint, non posse ipsas damnari, itaq; relinquunt locum medium in quo ad plenum excoquuntur, & demum purificatae fistantur conspectus dei. Cæterū singunt isti pro more suo quod uolunt. Nos uero scripturæ sanctis demonstrauimus, solo sanguine filij dei per fidem non per purgatorium purgari animas fidelium: ostendam porro consequentibus etiam ad plenum, id est, absolutissime unica Christi hostia purificata esse omnium hominum peccata, praererea gratia dei in sanguine Christi condonari in articulo mortis, quicquid infirmitatis & reliquarum peccati remanet in decedentibus à corpore fidelium animabus. Dominus enim in euangelio dicit: Qui lotus est non opus habet nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. En tuus, inquit, mundus est, qui lotus est gratia Christi, sic ut coquinatio pedum, infirmitas, inquam, & imperfectio remanens post regenerationem, non possit cum redigere in numerum impurorum.

Ioan. 17. Nam dominus iterum in euangelio dicit: Ego sanctifico me ipsum pro eis, ut sint & ipsi sanctificati per ueritatem. Tradidit semetipsum dominus in hostiam pro peccatis nostris, ut nos sanctificaremur, id est, purgaremur à peccatis nre, id est, plene & perfectissime. Paulus

Hebr. 10. enim dixit: Unica oblatione perfectos effecit in perpetuum eos qui sanctificantur. Observate quæsto apostolica uerba: Christus unica, en unica dicit oblatione, perfecte sanctificauit omnes quotquot sanctificantur, hæredesq; sunt uitæ aeternæ. Hinc nos colligimus:

Si unio

Si unica Christi hostia, semel pro nobis oblata, purificantur omnes animæ, & perfecte quidem purificantur, ita ut nihil desit purificationi, quid obsecro inuenit purgatorium quod purificer? Figmentum est ergo impudens diratq; blasphemia contra meritum purificationis Christi Iesu filij dei. Resarcit hic in hoc adhuc sâculo sua gratia si quid iam decedenti animæ diminutum aut deesse uidetur. Impia uox est & indigna quæ audiatur inter Christianos populos, nostra passione in purgatorio expleri quod nondū plenè expiatum est sanguine & passione Christi. Quasi uero passio nostra, filij dei passione præstantior sit efficaciorq;. Obiiciunt n̄i nobis fidei imbecillitatem in morientibus: nos uicissim illis opponimus dei misericordiam suos fideles plenissime absoluenter. Pater lunatici euangelicus auxilium postulans à domino, audit: Si potes credere (me ui *Marti* 9. delicit filium tuum sanare posse) omnia possibilia sunt credenti. Et quamvis sentiret hic fidem suam nō esse omnino absolutissimam, sed plurimum superesse imbecillitatis, diuinum tamen auxilium infirmitate eius non impediebat. Quia enim supplex se totū conticiebat in misericordiam domini, obsecrans & dicens: Credo domine, succurre incredulitati meæ, succurrat dominus illico, & circa dilationem sanavit puerum eius. Ita dubium non est, dominum clementissimum fidelibus suis quibus ueniam promisi plenissimam, in hora mortis agnoscensibus infirmitatem, ideoq; & imploransibus misericordiam & ueniam, non deesse, sed egrediente iam animam mox perfecte spiritu suo propter Christū sanctificare, & omni genere charismatum ornare, ut uere purgata ab omnibus peccatorum sordibus euoler, mereaturq; in conspectu dei apparere. Hoc uero morientibus inculcandum fuerat. Extant enim amplissimæ dei promissiones. Extant multorum sanctorum morientium & invocantium exempla. Cōstat præterea ex his quæ iam attulimus, per Christi mortē plene expiata esse peccata: ut iam nihil amplius relinquantur purgatoriō igni expurgandū. Euolant animæ rectâ à morte corporeâ in cœlum, nihil secum auferentes expurgatione dignū. Ergo ignis ille purgatoriū nihil aliud est reuera, quam avarissimum hominum negotiatio, qua loquilos, non animas pauperum & diuitium, artificiose expurgant.

Hi ipsi ruentis structuræ purgatorianæ protinus subiiciunt ful. *De oratione* et duo. Prius, Veteres, inquiunt, orarunt pro salute animarū à corpore separatarum, est ergo purgatorium. Nam cum in cœlis non defunctis, opus habeant precibus, in inferno preces nihil profint, cum ex inferis nulla sit redemptio: relinquuntur certe locus medius, in quo re-

DE ANIMA HOMINIS RATIONALI.

etineantur animæ, quibus prosunt orationes uiuentium, is est purgatorium. Sic illi quidem argumentantur, sed ex seipsis sine autoritate scripturarum confingentes omnia. Verum sanè illud est quod aiunt ueteres orasse pro defunctis. Scio quid doctor ecclesiæ insig-nis Augustinus, quid eloquentiss. Chrysostomus alijq; uiri uenuti ac clari hac de re scriptum reliquerint. Sed quæro num hi recte fecerint quod fecerunt. Non enim omnia quæ dixerunt & fecerunt sancti patres, qui nō raro nōnihil humani passi sunt, absolute sunt probanda uel imitanda. Probanda & imitanda non sunt quæ proferuntur ab eis (id quod ipsi etiam fatentur ingenuo) contra scripturarum decreta, sed illa duntaxat quæ sunt scripturarum sanctarum autoritate confirmata atq; prodita. Illæ copiose & aperte quicquid in doctrina pietatis cognitu est necessarium, cōpleteuntur. Verum nihil inuenias in eis de oratione pro defunctis. Quod enim quidā adferunt ex secundo Machabeorum libro, nihil probat. Liber enim ille non est canonicus. Id quod uel ex Hieronymo dudum didicisse oportuerat. Adiiciunt orationem pro defunctis traditionem esse apostolorum non scriptam. Audio. Vertum sat scio traditiones non scriptas non pugnare cum scriptis apostolorum. Sat scio scripta apostolorum nullibi præcipere orationes pro mortuis, nullibi his t.*Theſſ. 4* suffragari. Cum apostolus Paulus Thesſaloniceñ, hortaretur ut mortem suorum æquanimiter tolerarent, ac tum maxime oportu-num fuisset præcipere de orationibus pro mortuorū spiritibus offrendis, si modo illas utiles & necessarias putauisset, nullum iamen earum facit mentionem, imo simpliciter docet quid credant de separatis à corporibus fidelium animabus, nempe quod agant in beatitudine æterna apud Christum, expectantes corporum suorum resurrectionem. Quis autem non uideat hanc firmatatem simplicitatem doctrinæ apostolicæ, traditione illa apostolica facta concutī & implicari periculissime? Si enim in Christum credimus, fidem uerbis ac promissis eius habeamus. Dixit hic se esse fidelium resurrectionem & uitam, animasq; credentium iam inde à morte corpora transuisse in uitam. His, inquam, ueracissimis domini uerbis si credimus, quid adhuc solliciti pro mortuorum spirituñ salute, quasi nondum salutem consequunti sint deprecamur? Apertum sanè pre-cibus his nostris argumentum adimus, de nostra nos fide addubi-tare, & de animarum salute non id sperare quod & uerbis profite-mur & sperare iubent uerba Christi & apostolorum. Fides certè & spes firma credentium & innitentium Christi promissionibus, prohibent hic artas in oblationibus pro defunctis uestes sumere, quo-rum

rum animas indumenta alba iam sumpsisse credimus: prohibent occasionem dare uel incredulis uel imbecillibus in fide, merito nos reprehendendi, quod eos quos apud deum uiuere dicimus, ut in ignem coniectos lugeamus, deoque supplicantes miseris ex tormentis liberare satagamus, id est, fidem quam sermone & uoce depromi-
mus, cordis & pectoris imo & externorum operum testimonio re-
probemus. Si ita pergamus, spei profecto fidei*que* nostrae praeuarica-
tores sumus. Simulata, ficta, fucata uidentur esse quae dicimus. Ni-
hil autem prodest uerbis proferre uirtutem, & factis destruere uer-
tatem. Recipiat ergo traditionem illam apostolicam, ut uocant, de
orationibus offerendis pro fidelibus defunctis, qui uelit, ego nihil
pugnans cum uera fide & doctrina apostolorum recipio, nec id
cuiquam recipiendum suadeo. Illud quoque dissimulare non possum,
id quod isti Traditionem apostolorum appellant, S. Augustinum
nuncupare traditionem patrum ab ecclesia receptam. Nam Sermo-
ne de uerbis apostoli 32. Hoc a patribus, inquit, traditum uniuersa
obseruat ecclesia, ut pro eis qui in corporis & sanguinis Christi co-
munione defuncti sunt, cum ad ipsum sacrificium loco suo com-
memorantur, orenur, ac pro illis quoque id offerri commemoretur.
Et iterum de Cura pro mortuis gerenda, cap. 4. Non sunt præter-
mittend*g*, ait, supplicationes pro spiritibus mortuorum, quas facien-
das pro omnibus in Christiana societate defunctis, etiam tacitis no-
minibus quorumque sub generali commemoratione, suscepit eccle-
esi. Haec ille. Qui tametsi alicubi Traditiones apostolorum latius
extendat, his tamen significantius innuere uidetur hunc ritu oran-
di pro defunctis ecclesiae a patribus traditum, & haud dubie post
longa interualla a temporibus apostolorum ab ecclesia esse receptu. Idem ille Augustinus contendit non uno loco eucharistiae perce-
ptionem, perinde ut baptismum, infantibus iam iam ex utero ma-
terno effusis ad salutem consequendam esse necessariam. Loci insie-
gniores quibus id agit sunt lib. 1. contra Iulianum Pelagianum, &
2. lib. de peccatorum meritis & remissione contra Pelagianos. Nec
segniore studio id dogmatis quam traditionem urget, quod id eo
seculo in ecclesia esset recepissimum. Quis uero eum ritum hodie
recipit ut apostolicum? Quis non uidet optimos illos pates & fi-
delissimos alioqui pastores ea in re humani aliquid passos esse? Plu-
ris merito sit hodie scriptum apostoli Pauli, quam antiqua illa eccle-
sie traditio. Scribit Paulus: Prober seipsum homo, & sic de pane e. 1. Cor. 11.
dar & de calice bibat. Inde intelligunt omnes, adulorum, non in-
fantium esse eucharistiam. Ea de causa licuit maioribus nostris tra-

DE ANIMA HOMINIS RATIONALI.

ditionem illam deserere, & proprius accedere ad scripturam. Permittant itaque nobis quod si hac in causa discedere a patrum traditio-
ne incerta, & inhærente fidei certissimæ, scripturæque apostolicae.

Damnati
Arianorum

Matth. s.

Verum damnatus est, inquit, hoc nomine Aerius quod iniutiles crederet orationes pro defunctis. Scio equidem damnatum esse Aerium, nec illum mihi defendendum sumpsi, quem Arianum fuisse Phylastrius, Epiplianus & Augustinus commemorant, alijque sedis pollutum erroribus. Quod autem preces pro defunctis amittere, utiles ne an iniutiles sint, dubium non est catholicos non hæreticos esse qui credunt quod traditum est symbolo apostolorum. Credimus autem iuxta huius traditionem, Remissionem peccatorum. Huius carnis resurrectionem, Et vitam æternam. Hæc qui credunt, assequuntur ea proculdubio que credunt. Dixit enim Centurionis dominus: Abi, & quemadmodum credis, ita fiat tibi. Ergo quisquis crederet remissionem peccatorum & uitam æternam, remissionem peccatorum consequitus est, ac uiuet certo vita æterna. Id si uerum est, ut falsum esse non potest quod symbolo apostolorum nobis traditum est, quis oro locus erit orationibus pro defunctis? Nam defunctis remissa sunt peccata, ergo remora ad uitam sublata sunt omnes, itaque uiuunt apud deum. Qui uero non crederunt, sua reiuerunt peccata, & demersi ad tartara hærent in luto inferni. Que cum indubitanter ita habeant, certè non habent ullum usum neque apud deum neque apud fidèles orationes pro defunctis. His accedunt tot sanctorum utriusque testamenti exempla, præferenda & traditionibus & condemnationibus hominum. Quis oro sanctorum patrum unquam orauit pro suis defunctis? nunquid Adam pro Abele suo? nunquid filii pro patre suo Adamo? Quas preces obtulit deo pro anima defuncti patris Thare, pro anima uxoris suæ charisi, Sarra? Quas preces fuderunt pro patre mortuo Iacobus Elau & Iacobus pro Iacobo duodecim filiis Israelis? pro Davide Solomon? In novo Testamento decollatur ab Herode Ioannes baptista, lapidatur à Iudeo Stephanus, truncatur ab Agrippa capite Iacobus, sepeliunt eorum corpora discipuli ipsorum, iustaque peragunt religiose, sed in rot funeribus nulla sit mentio orationis pro animabus defunctis. Considererunt enim eas a morte protinus delatas esse in uitam æternam. Quis ergo imponat nobis post tot celebria sanctorum exempla, & post tam claram catholicæ & orthodoxæ fidei professionem, necessitatem orandi pro animabus defunctorum? Quis uero hæreticos esse posthac dixerit, qui opere complemus quod professione fidei uel oris confessione profitemur, imo qui nihil aliud facimus, quam quod

quod ante nos fecerunt celeberrimi utriusque Testamenti cultores dei?

Posterioris fulcrum, quod substituunt ruine purgatorij sui, est ap- *Apparitio*
paritio spirituum. Rabanus enim episcopus ex Gregorij Papæ & spirituum,
uenerabilis Bedæ testimonijs ostendit, per frequenter apparuisse mor-
tuorum animas, ac edocuisse oblationes & preces permultum ipsis
prodeſſe. Ceterum miror uiros non nullæ eruditio[n]is negotium
ſuum tam ruinofis imposuisse fundamētis, Prohibet enim domiſus *Deut. 18.*
nus in lege sua ueritatem ſcificari ex mortuorū spiritibus. In pro- *Isaia 8.*
phetis ab huīu[modi] oraculis telegamur ad legē & testimonium.
Apud Lucam clamat in tormentis diues epulo, & ait: Rogo te pa- *Luca 16.*
ter Abraham, ut mittas Lazarum in domū patris mei. Habeo enim
quinq[ue] fratres, ut reſte[n]tur illis, ne & ipſi ueniant in locum hunc cru-
ciatus. Sed audit: Habent Mosen & prophetas, audiāt illos. Cumq[ue]
diues respondisset: Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit
ad eos, refipiscet. Iterū audit: Si Mosen & prophetas non audiunt,
neq[ue] si quis ex mortuis resurrexerit credent. Certissimum est ergo &
euangelica authoritate confirmatum, ne beatas quidem animas no-
bis mitti à deo quæ nos aliquid doceant. Impias & condemnatas
quis oro audiat! Relegat nos omnes ad scripturam canoniciā Chri-
ſti euangelium. Vnde iam cōsequens est, nullius momenti imo fal-
laciſſima & mendaciſſima eſſe testimonia, quæ peruntur ex oracu-
lis aut apparitionibus spirituum mortuorum.

Diuinis testimonijs accedunt etiam humana, quæ interim nos *Animas à*
erudiunt, nō posse animas à corpore separatas in hiſce oberrare reſe corporibus
gionibus. Nimis longa sunt quæ hac de re docte disputat Tertul- *Separatas*
lianus in fine propemodum libri sui de Anima, huc tamē tendunt non oberra
omnia, ut ostendat animas à corporibus suis separatas, & suis locis *re in his re*
destinatas, non redire iterum in hoc ſeculum. Obiectioni quorun- *giōbus.*
dam iactantium artem magicam, sed & uirtute diuina multos ex
mortuis in hanc uitam redisse, responderet: Sed eti[us] quasdam reuoca-
uit in corpora dei uirtus, in documenta iuriſ sui, non iccirco com-
municabitur fidei & audaciæ magorū, & fallaciæ ſomniorum, &
licentiæ poetarum, arquin in resurrectionis exemplis, cum dei uir-
tus ſive per prophetas, ſive per Christum, ſive per apostolos in cor-
pora animas repræsentat, ſolida & contrectabili & ſatiata ueritate
præindicatum eſſe hanc formam ueritatis, ut omnem mortuo-
rum exhibitionem incorporalem præſtigias iudices, Chrysostomus
ergo Homelia in Matth. 29. interrogans: Quid ergo respondebi-
mus ad illas uoces Anima talis ego sum? excipit, Non anima de-

DE ANIMA HOMINIS RATIONALI.

functi est quæ ista dicit, sed dæmon qui hæc ut audientes decipiatur effingit. Et mox: Quare nerularū hæc uerba imò desipientium descendunt & puerorum ludibria. Et iterum: Non potest anima à corpore separata in his regionibus errare. Iustorum animæ enim in manu dei sunt, infantium quoq; similiter: non enim peccarunt. Peccatorum uero post hunc exitum CONTINUO abducuntur: quod à Lazaro & diuite planum efficiunt. Sed alibi quoq; dominus ait: Hodie animam tuam abs te reperent. Non igitur potest anima cum à corpore abscesserit apud nos hic errare: nec id iniuria. Nam si qui iter faciunt cum in ignotas regiones inciderint, nesciunt quo iteri sint nisi ducem habeant: quanto magis anima relicto corpore cum nouam sibi omnino uitam & uiam ingrediatur, quo itura sit ignorabit nisi ducem consequatur. Multis è locis scripturæ cōprobari potest, nō errare hic post mortem iustorum hominum animas. Nam Stephanus ait: Suscipe spiritum meum. Et Paulus resolutus ac cum Christo esse desiderabat. De Patriarcha quoq; scriptura dicit: Et appositus est ad patres suos, mortuus in senectute bona. Quod uero nec peccatorum animæ hic commorari possunt, diuitem audiatis quid dicat, perpendatq; quid petat & non imperet. Quod si possent animæ hominum hic conuersari, uenisset ipse ut cupiebat, & suos de tormentis inferni fecisset centiores. Quo ex loco scripture illud etiam patet aperte, quod post exitum à corpore in locū quendam certū animæ deducuntur, unde redire sponte sua non possunt, sed terribilem illum iudicij diem ibi exspectant. Hæc hactenus ex Chrysostomo.

Samuel à morte sua Sauli non appareat, p. Sam. 23 His opponunt Samuelis apparitionem peritam ex scripturis sanctis, qua probare contendunt animas post fata redire, & homines erudire de interrogatis. Respondemus paucis: Samuelem per tropum appellari personatum illum qui uidebatur quidem esse, reuestra autem non erat Samuel. Reuera enim erat spectrum præstigiūm ac illusio satanica. Nam magia districte prohibetur in legge domini: non ergo obtemperant prohibitis nefandisq; artibus beati spiritus: qui carni adhuc coniuncti illas modis omnibus oppugnantes exhoruerunt: damnati autem spiritus in illis se se exercēt. At quis credat horum oraculis? Sed prædixit Samuel ille, inquiunt, quod postridie evenit. Quid tum postea? Non difficile hoc erat dæmoni, quippe cum dudum pleraq; prædictisset uiuens & uetus Samuel, sed & ex re præsentí castrorumq; trepidatione solers ille iudicium dei futurum prænosceret. Tertullianus in libro de Anima: Absit, inquit, ut animam cuiuslibet sancti, nedum prophetæ, à dæmonio.

mōnū credamus extractam, edocti quod ipse sathanas transfiguratur in angelum lucis, nedum in hominem lucis, etiam deū se afferueratus signat̄ portentosiora c̄diturus ad euertendos si fieri possit electos, &c. Idem de eadem apparitione iudicat & beatus Augustinus lib̄o ad Simplicianum 2. quæst. 3. & ad Dulcitat̄ quæst. &c.

Istis uero abunde demonstratum spero, animas hominum separatas à corporibus non errare aut apparere post mortem in hisce regionibus. Nam ad iudicium usq; manent in destinatis sibi dei sententiis locis. Proinde à domino nec mittuntur, nec ipsa possunt egredi ad homines erudiendi aut monendi gratia, uel de præsentibus uel de futuris rebus. Vnde iam consequens est, animarum apparitiones, reuelationes oracula, meras esse illusiones sathanæ, institutas contra synceritatem & puritatem religionis uerae. Et quoniam horum præsidio utuntur qui purgatorium nobis approbare contendunt, indubitatum est illos falsum probare per fallaciam, & incertum per longè incertius: indubiatum præterea relinquitur, scriptis non posse ostendi esse purgatorium, in quo animæ corpore suo exutæ purgentur ad uitam sempiternam.

Et quoniam remoras expeditissimo inieetas itineri amouimus, Animas redimus ad institutum nostrum, quo proposuimus demonstrare certo & animas fidelium per mortem separatas à corpore recta & euestigio mox à morte corporea transire in celum, atq; ita certissime & derepente te corporea saluari. Similiter intelligimus animas infidelium recta demergi ad beati inferos, & protinus à morte corporea certissima & repentina damnatione perire. Dominus enim in euangelio diserte dicit: Qui credit in filium dei, non iudicatur: qui uero non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomen unigeniti filii dei. Item, Qui credit in filium dei, habet uitam æternam: qui autem incredulus est filio, non uidebit uitam, sed ira dei manet super eum. Et iterum, Hæc est uoluntas eius qui misit me, ut omnis qui uider filium & credit in eum, habeat uitam æternam: & ego suscitabo eum in nouissima die. Ho. Nouissima minis autē nouissima dies, est articulus mortis: in eo seruat nos uir dies hominum sua Christus, ne anima nostra uel pereat uel tormenta ulla senserit, sed uiuat & beatitudine fruatur. Est præterea dies nouissima, ultima illa iudicij dies, qua Christus resuscitabit & iudicabit omnem carnem, corpora fidelium suorum glorificans ad uitam sempiternam.

Rursus dicit in euangelio dominus: Amen amē dico uobis, qui Ioan. 5. sermonem meum audit, & credit ei qui me misit, habet uitam æternam, & in iudicium non ueniet, sed transiuit à morte in uitam. Sola hæc domini uerba irrefragabiliter sententiam nostram de certissima

DE ANIMA HOMINIS RATIONALI.

& repentina animarum salute abunde satis & proponere & declarare & probare confirmarecꝝ posunt. Princípio enim, ne quis ad dubitaret de rei proponendæ certissima ueritate, ab initio protinus sanctissime iurat, id est, ueritatem interposito iuris iurandi sacramento attestando confirmat. Deinde subiungit totam salutis nostræ rationem: quæ ueratur in auscultatione uerbi diuini, & in uera fide recipiente diuini uerbi ueritatem. Nec enim satis est audiuisse uerbum euangelij, nisi eidem uera fide inhæserimus. Iam uero obserua mihi quanta certitudine Christo credentibus uitam & salutem promittat: Habet, inquit, uitam æternam. Habet dixit, non habebit. Non ergo reliquit uel dubitationi uel intervallo locū ullum. Imò adhuc clarius per interpretationem quando, & quomodo fideles habeant aut consequantur uitam explicans, dicit: In iudicium non uenient, sed transiuit à morte in uitam. In iudicium uenient, qui ex sententia iudicis propter causam suā malam puniuntur. Sed fideles nullam habent causam discutiendam apud iudicem. Nam remissa sunt eis peccata plenissime. Deus est qui iustificat & absolvit, quis ille qui condemner? Ergo non subiiciuntur ullis supplicijs. Christus enim subiit crucis suppliciū, ut fideles ipsius ab omnibus tormentis liberari essent indemnes. Quin potius ne quis remoram aut intervallo inter mortem corpoream & uitam ueteri seculi interponeret, dixit: Sed transiuit à morte in uitam. Rursus Transiuit dixit, non Transibit, ut per uerbum præteriti temporis certitudinem significaret, ostenderecꝝ protinus à corpore morte animas credentium rapi in uitam æternam. Ac sat scio aduersarios nihil hic habere solidi, quod opponant iam claræ & invictæ ueritati. Verbis quidem & sophismatibus pugnare possunt, ueritatem subuertere non posunt. Anima enim fidelis ab ipso ore (quod dici solet: von mund vff zu himmel faren) derepente ingreditur sedes beatas, fruaturcꝝ per fidem felicitate æterna.

Apoc. 14. Rursus legimus in Reuelatione domini nostri Iesu Christi facta Ioanni apostolo, dictum esse: Et audiui uocem de cœlo dicentem mihi. Scribe, Beati mortui qui in domino moriuntur, amodo. Etiam dicit spiritus ut requiescant à laboribus suis. Sed opera illorum sequuntur illos. Contextitur his oraculum cœlestis, & indubitum de beatitudine hominum in fide morientium: ac iubetur beatus Ioannes cœlitus oraculū scribere, quod extet omnibus temporibus, & legatur ab omnibus hominibus. Eius oraculi summa haec est: Beati mortui qui in domino moriuntur, amodo. Moriuntur autem im-

tem in domino quicunq; in fide Iesu Christi excedunt ex hac uita. Ita enim hoc loquutionis genus usurpat Apostolus 1. Corin. 15. & 1. Thess. 4. Cæterum qui in fide Iesu Christi excedunt ex hac uita, simpliciter & uere pronunciantur beati, nimirum felices & alieni ab omni miseria. Imo adjicitur temporis notatio quando beatitudinem illam consequantur, Amodo (dānq;) id est, ab instanti, confessim, nimirum, ut & in euangelio dixit dominus, protinus à morte corporea. Subiungitur & aliud quo rursus exprimitur felicitatis certitudo, adde & non procrastinata perfectio. Etiam dicit spiritus: Ut requiescant à laboribus suis, Spiritus, inquam, ueritatis, qui mentiri nescit, dicit vobis, id est, amen, etiam certè, uere beati, & ab instanti quidem beati sunt fideles, & ita beati, ut à laboribus suis requiescat. Labores fidelium sunt ærumnae, calamitates, afflictiones, dolores, terrores, & alia huius generis mala, quibus in hoc sæculo sunt diuexati, imo exercitati potius in fide. Ab his liberantur animæ fideliūm decedentes à corpore, ergo non purgantur per tormenta & molestias, nō torrētur in medio itinere, sed felices & beatæ protinus omni liberantur molestia. Quod si quid passi sunt uiuentes adhuc in corpore, si quæ ex fide bona fecerunt opera, ea sequuntur ipsos. Nemo existimet ea, quia nunc cessant, fuisse & esse uana. Rependitur enim eis in beata illa uita. Id enim est, opera ipsorum sequi eos. Observemus autem quod non dicit: Opera aliorū sequuntur illos, ut liberent uidelicet eos ex purgatorio: sed, Opera illorum sequuntur illos. Etenim in euangelio quoq; ingrediuntur cum sponso ad nuptias uirgines prudentes, quibus oleum in lampadibus erat paratum: excluduntur à gaudio uirgines fatuæ, quæ nullum sibi in uitâ parauerant oleum, sed aliunde id sibi sufficiendum sperabant.

DEO autem omnipotenti, patri nostro clementissimo, omniumq; honorum fonti perenni & inexhausto, qui corpus nostrum in ute-
ro materno formauit, eidemq; animâ rationalem inspirauit uel ins-
fudit, quæ nos, dum corpori coniuncta est, animaret dirigereq;, se-
parata aurè à corpore, protinus à morte corporea transferretur in
cœlum, ibiq; feliciter uiueret, donec in iudicio extremo ad corpus:
excitatum à mortuis rursus rediret, cum quo æternum & sine fine:

lætetur & exultet: ei, inquam, per Iesum Christum, propter
quem tantum nobis obtrigit beneficium, sit glo-
ria, laus & gratiarum actio in sœcula sœ-
culorum. Amen.

1812742

ocn 1184174907







